

**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**

---

**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
XXVII**

**RES POLONICAE  
EX ARCHIVO MEDICEO FLORENTINO  
II PARS**

**ediderunt**

**VALERIANUS MEYSZTOWICZ  
et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS**



**NON EXSTINGUETUR**

**R O M A E    1 9 7 2**

**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**  
**VIA DEGLI SCIPIONI 284 - ROMA**

---

**IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA**  
(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

---

ANTEMURALE, I-XV, Romae, 1954-1971

---

**ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES**

- Vol. I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565) Ind. nom. propr. 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).
- Vol. II — « *Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424) 19 facs. Ind. nom. propr. 1960. (Archivum Capituli Trident.).
- Vol. III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA-DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787) 29 tab. Ind. nom. propr. ind. chron. 1961.
- Vol. IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603) 9 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- Vol. V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483 doc. (A.D. 1568-1682) 4 tab. 1962.





INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
XXVII**

**RES POLONICAE  
EX ARCHIVO MEDICEO FLORENTINO  
II PARS**

**ediderunt**

**VALERIANUS MEYSZTOWICZ  
et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS**



**NON EXSTINGUETUR**

**R O M A E    1 9 7 2**

SUMPTIBUS  
FUNDATIONIS  
LANCKOROŃSKI  
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:  
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE  
VIA DEGLI SCIPIONI, 284 - ROMA

EDITIONEM CURAVIT:  
CAROLINA LANCKOROŃSKA

## INDEX RERUM

Praefatio . . . . .	Pag. VII
Avvisi, varie scritture e notizie di Polonia dal 1559 al 1595, F. 4293. Textus (continuatio) . . . . .	» 1
Lettere et avvisi di Pollonia dal 1600 fino al 1612, F. 4294. Textus	» 161



## PRAEFATIO

*In praesenti volumine offerimus lectoribus nostris reliqua documenta ex theca 4293 Archivi Medicei Florentini, quae inscribitur "Avvisi, varie scritte e notizie di Polonia 1559-1595", necnon integram thecam 4294, inscriptam "Lettere et avvisi di Polonia dal 1600 al 1612" Posteriores annos regni Sigismundi III (ab a. 1613 ad 1626) comprehendunt scripta in theca 4295-a reposita, quae in III parte seriei huius nostrae edita lector inveniet, id est in vol. XXVIII Elem. ad Font. Ed., ubi etiam regesta et indices ad omnia in tribus voluminibus nostris in lucem prodita documenta collocantur.*



AVVISI, VARIE SCRITTURE E NOTIZIE DI POLONIA  
DAL 1559 AL 1595  
F. 4293.

TEXTUS  
(Continuatio)



Zamoscii, 20.VII.1589.

*Ioannes Zamoyski*  
*archiduci Maximiliano*  
*mittit [Marcum] Sobieski ad ulteriora exponenda; alia de negotio pacis*  
*refert.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 420.*

Serenissime Princeps, Domine Clementissime.

Quemadmodum superioribus literis meis ostendi moram hanc Serenitati Vestrae obiici, et ipse non parum doleo. Sed quid a Dominis Legatis regiis Praga non solum scriptum, sed perscriptum etiam mihi sit, non dubito iam ex Domino Hannivaldo Serenitatem Vestram cognovisse. Ostensae enim illi literae Dominorum Legatorum fuerunt. Eisdem tamen nunc Magnifico etiam Domino Sobiescio, ut Serenitati Vestrae ipse eas ostenderet, tradidi. Perspiciet ex iis Serenitas Vestra, ut Leubolia<sup>2)</sup> restituta cautioneque de iuramento Ungarico accepta diutius Serenitas Vestra retineatur, ne ipsos quidem Legatos censere. Ut autem ad Regiam Maiestatem praecipuosque Senatores et suo nomine referatur, velle, et ut ego referam, mihi suadere.

Ab hoc si quid diversum a me statueretur, quam invidiosum id mihi futurum esset, facile pro prudentia sua Serenitas Vestra intelligit. Cupivissem sane in tempore Regiam Maiestatem atque ordines de mora hac, ab Ungaricis ordinibus iniecta, admonitos fuisse. Nunc quod pro re nata solum a me fieri potest, ad Regiam Maiestatem quamprimum ipse etiam aliquem mittam, qui si non Vilnae, tamen antequam Dunam transmittat, eam assequatur. Interim si forte non satis commode Serenitas Vestra diversatur Sandomiriamque progredi velit, id ut faciat, assentior. Omnibus tamen de rebus copiosius Dominus Sobiescki ad illam referet. Quod reliquum est, favori Serenitatis Vestrae me commendo. Datum Zamoscii die XX mensis Iulii anno Domini 1589.

Eiusdem Serenitatis Vestrae observantissimus servitor  
Ioannes Zamoyski Cancellarius et Generalis Capitaneus.

Serenissimo Principi Domino Maximiliano, Dei gratia Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Comiti Tirolis etc., Domino clementissimo.

*In margine superiori alia manu: Il Zamoschi Cancellario di Pollonia all'Arciduca Massimiliano.*

<sup>2)</sup> sic in ms.

Cracoviae, 21, IX.1589.

*Ignotus*

*ignoto*

*de regis Poloniae [Sigismundi III] cum patre [Ioanne III rege Sueciae]  
Revaliae conventu; de irruptione Tartarorum in Russiam, Podoliam,  
Voliniam et Cosaccorum in terras Tartaricas.*

(*"Avviso"*)

*A.M.F. F. 4293, f. 421.*

Di Cracovia a 21 di Settembre 1589.

Si sta qui con gran pensiero, perché l'Arciduca Maximiliano habbia rifiutato di prestar il giuramento, entrato che fu ne' confini dell'Imperatore.

Il nostro s'è abbocato con il Re di Suetia, suo padre, a Ravel a 7 di questo et se ne dovea partir a 18 per tornar subito in Lithuania. Sua Maestà passerà per Riga, dove gli garbugli nati del tempo del Re Stefano sono stati aquietati col mezzo de Commissarii regii, che hanno fatto tagliar la testa a principali capi della seditione.

Gli Tartari han menato via gran quantità d'anime et di bestiame di Russia, Podolia et Volinia, per negligentia et transcuraggine de nostri, quali avisati prima delle loro scorrerie non v'hanno provisto, come potevono. Pare vi seno restati moltissimi Tartari in parecchi incontri. De nostri manco, ma la più parte soldati scelti, et fra gli altri il Signor Giacomo Strusk, al quale i Tartari havendo tagliato la testa gl'hanno cavato il cuore fuor di corpo et lavatosi le mani nel suo sangue, per vendetta di tanti danni et rotte dategli da lui, mentre che viveva.

Gli Cosacchi, intendendo <sup>a)</sup> che gli Tartari depredavano la Russia et Podolia, introrno nel paese de Tartari, che chiamano Crimensi, al quale diedero guasto grandissimo et ammazzorono infinito numero di huomini, donne e putti, et anche ferirono il loro Imperatore d'una archibugiata.

Poi nel ritorno, essendosi incontrati coi Tartari che venivano di Podolia, ne tagliarono a pezzi da cinque mila et liberorno la maggior parte delli schiavi che menavan via.

Il Berghierbey, entrato poco fa in Walacchia con genti Turchesche, viene, come si dice, per assediare Camenzia sulle frontiere di Podolia. Ma essendo luogo munitissimo e ben provisto di cose necessarie, si crede che vi perderà il tempo. Oltre che il Cancelliere con le sue forze et con quelle che gli sono state decretate da tutti palatinati camina per dargli la caccia.

a) *in ms.* intendo

*Ignotus**ignoto*

*de Sigismundi III Revalia Varsaviam et Ioannis III in Suetiam reditu, de nuntio [Sixti V] in Polonia [Hannibale de Capua], de periculo Turcico.*

(*"Avviso"*)

A.M.F. F. 4293, f. 422.

Di Cracovia.

Con lettere de 9 di Novembre scrivono che a 5 d'Ottobre il Re s'era partito di Revel per venirsene a Varsovia et di quivi a Lublino o Sendomiria, per tenervi Dieta a Gennaro.

Il Re di Sfetia<sup>2)</sup> se n'era ritornato al suo Regno, et dopo l'essere staii quei duoi Principi in festa per alcuni giorni, havevano negoziato molto intrinsecamente<sup>2)</sup> di più particolarità. Il che si doverà penetrare poco apresso.

L'Arcivescovo di Napoli, Nuntio Apostolico, già speditosi dal'abbocamento con il Re di Sfetia, era gionto a Varsavia dalla Regina.

Havendo il Chiaus del Turco referto alquanto basso l'apparecchio del'exercito che già havevano li Polacchi insieme, subito si partii<sup>2)</sup> col suo exercito della Moldavia verso el suo Paese. Tuttavia li Polacchi restono a confini della Podolia, aspettando forse resolutione del Re di quello devono fare, parendo che seno molto inanimiti di rompere la pace et farsi patroni della Moldavia e Valacchia.

2) sic in ms.

*"Rex Turcarum" [Muratus III]*

*ad proceres Regni Poloniae*

*ne rege in Suecia manente novum regem Portae hostilem eligant.*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 423.

Exemplum litterarum scriptarum a Turcarum Rege ad proceres et Palatinos Regni Poloniae.

Scitote, quod ex illo tempore, quo Reges Poloniae foedus, pacem et amicitiam cum Porta nostra beata habere colereque inceperunt, Regnum Poloniae semper ab incursionibus, exustionibus depopulationibusque fuit immune, liberum et tutum. Subditi, in pace et tranquillitate viventes, suis incubuerunt negotiis. Praeteritis vero Regibus Poloniae si quid accidit, videlicet quod aut vitam cum morte commutarent, aut in Regnum paternum reddirent, proceres Regni Poloniae, legatum mittentes, statum Regis et Regni statim Portae nostrae beatae significare non pretermittabant eoque modo et ordine omnia curabantur, ut subditi et ditiones utriusque partis in pace et tranquillitate manerent, nec pacto

ullo foedus et pax amicitiaque turbaretur. In eligendo etiam Rege Poloniae, Portae nostrae beatae auctoritate et consilio utentes ex familiaribusque eiusdem, iuxta admonitionem et commendationem nostram, Regem eligentes, ex malevolis autem et adversariis Portae nostrae beatae non acceptantes, Regnum Poloniae in quiete summa et desiderabili permansit.

Nunc vero, quod pater Regis Poloniae Sigismondi, Rex nempe Suetiae, mortuus sit, Rex Poloniae in Regnum paternum reddire et fratrem Imperatoris Maximilianum aut alium quempiam loco suo Regem Poloniae relinquere constituerit et determinaverit, Portae nostrae beatae significatur. Ut autem ex Familia Austriaca aut Moscovia, aut alio quopiam Regno, Portae nostrae beatae malevolo et adversante, Rex Poloniae eligatur, nunquam ex parte nostra est concessum nec in posterum concedetur, quemadmodum saepissime vobis est significatum. Quare litteris nostris exaltissimis <sup>2)</sup> acceptis perneceesse est, ut rem hanc diligentissime consideretis et examinatis sicque animadvertatis, quod si Rex Poloniae in Regnum paternum reddens, Regnum Poloniae sine Rege manserit, foederis, pacis et amicitiae inter nos in ita rationem habentes, ex Domo Austriaca aut alio quopiam Regno, in summa ex malevolis et adversariis Portae nostrae beatae Regem non eligentes et acceptantes, aut ex proceribus Regni Poloniae, qui nobis dignus et idoneus visus fuerit, aut vero familiaribus Portae nostrae beatae aliquem eligatis et acceptetis, si foedus, pacem et amicitiam Portae nostrae beatae desideratis. Illumque, uti volueritis, si non, ex adversariis Portae nostrae beatae Regem eligentes Poloniam induxeritis, <sup>2)</sup> nullum unquam foedus, pacem et amicitiam cum Porta nostra beata vos habituros certo certissimeque vobis persuadete vobiscunquae de ineundo foedere omnem spem abiicitote. Principem Tartarorum, Begliarbegos nostros omniaque genera mancipiorum nostrorum in Poloniam mitti auxilioque Creatoris Omnipotentis Regnum Poloniae igni ferroque consumi, devastari, depopulari, habitationemque bestiarum et volucrum fore certo credito. <sup>2)</sup> Huic rei vos accommodate. Quicumque ex proceribus Regni Poloniae, habitatoribus universis, voto vestro se accommodaverint consilioque vestro morem gesserint, clementia nostra <sup>2)</sup> in omnibus illis praesto erit, et quicquid ex parte Portae nostrae beatae desiderari sciverint, id omne paratum et concessum fore constanter credant.

a) in ms. clementiam nostram

z) sic in ms.

N. 150.

s.l. [1592]

*Bellerbeg*

*ad cancellarium et summum exercituum praefectum [Ioannem Zamoyski] nomine sultani [Murati III] bellum Poloniae declarat, nisi Polonia fidem mahometanam amplexa fuerit aut tributum annuum solverit.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 425.*

Exemplum litterarum Bellerbegi ad Illustrissimum Dominum Cancellarium, Summum exercituum Praefectum.

Magnifice Domine, qui alios Christi sectatores auctoritate superas et exercitui in finibus Poloniae instituto imperas. Praemissa salutatione amica, significo tibi advenisse ad nos Legatum Polonum, quem cum omni suppellectili ad Illustrem Portam deduximus. Cumque Constantinopolim appulisset, Imperatoris mei mandata ipsi exposui: Si tota Polonia religionem Machometanam amplecti aut annum sibi tributum exolvere velit, pacem se cum hoc Regno conservaturum. Vult itaque, ut unum ex hisce eligatis et sententiam vestram mihi quam primum significetis. Id nisi fiat, bellum et arma vobis denuncio. Omnibus enim viribus vere ineunte, cum equorum pabula succreverint, vos invadet. Sitis ergo parati et ad hoc bellum vos accingite. Haec tibi pro amore in te meo significare volui.

Comitia itaque habete et cum Rege aliisque consiliariis deliberationes instituite, ut vel ad sacra religionis Mahometanae animos applicetis, vel tributum annum solvatis. Significate itaque, quid animi habeatis, ut id ipsum Principi meo exponere possim. Haec eam ob causam scripsi, ne ullam in posterum ignorantiam praetendere possitis et ne hoc peccatum in nos, sed vos potius redundet et totum Regnum vestrum ab Invictissimo Imperatore nostro in nihilum redigatur<sup>a)</sup> omniaque equorum calcibus conculcentur et deserta fiant. Haec est ipsissima Imperatoris mei voluntas, quam diligenter apud vos perpendite et omnes voculas, quas scripsi, sedulo considerate vestrumque bene deliberatum responsum mihi mittite.

*In margine superiori:* Al Signor Ottavio Spinola.

*Alia manu:* 1592.<sup>b)</sup>

a) *in ms.* redicatur

b) *lectio ultimae ciphrae incerta.*

N. 151.

Varsaviae, 22.III.1590.

Octavius Spinola

*ignoto*

*de morte Constantinopoli legati Poloni [Pauli Uchański].*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 426.*

Molto Magnifico Signor mio Osservandissimo.

Desiderando Vostra Signoria tanto caldamente ch'io gli scriva qualche di novità in questo Regno si dice, ancorché bisogni farlo con pericolo, per l'obbligo mio non posso mancare contentarla secondo il voler suo. Quanto alle cose di questa Dieta, non si sa per ancora quello che in Senato habbino stabilito, salvo che a voce publica si ragiona che le gravetze del pobor quest'anno saranno assai maggiore<sup>2)</sup> del passato per accumulare danari in tesoro, dubitandosi questi popoli di guerra per Turchia o Moscovia antivedono a parechiare il bisogno, come che vera-

mente è opportuno, rispetto ai sospetti de Tartari et di quell'altre barbare generationi, che pur di nuovo minacciano di voler entrare nel paese.

Hieri è venuto aviso della morte del'Ambasciator Polacco che, più giorni fa, si partì per Costantinopoli. Il quale, senz'havere havuto audientia avanti il Gran Signore della nuova legatione, se n'è passato di questa vita. E tutta quella nobiltà che l'accompagnavano sono da Turchi tratti in Adrianopoli. Il corpo lo rimandano per un carro con la compagnia di tre o quattro servitori villani. A talché per questi e molt'altri segni, molti fanno giuditio che alla primavera sarà <sup>2)</sup> nuovi rumori. S'aspetta a questa Dieta un Chiaus del Turco. Non si sa quello che sia per portare di nuovo. Non mancherò scriverlo a Vostra Signoria. Di Lithuania non è <sup>2)</sup> venuti Senatori altri che 3 o 4, ma di Pollacchi ce ne sono assai. L'Illustrissimo Signor Gran Cancelliere è molto dolorito per la morte della Signora sua consorte. Nel resto, poi, tutte le cose dell'stato al solito <sup>3)</sup> confuse. Di Varsavia li 22 di Marzo 1590.

*In margine superiore:* Dal Signor Ottavio Spinola.

a) in ms. salito

z) sic in ms.

N. 152.

*Varsaviae, 27.III.1590.*

*Octavius Spinola*

*ignoto*

*de Turcarum in Valachiam incursione deque bello ex parte Poloniae contra Turcas parando.*

*("Avviso". In eodem folio ac praecedens.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 426.*

Di Warsavia li 27 di Marzo.

S'è sparsa voce che a Sua Maestà Regia in questo punto siano venute lettere, come in Walachia sono già gionti nove mila Turchi et quattro mila Janizri,<sup>2)</sup> ad anticipare il passo a nostri soldati che non entrino in quei paesi, sì che si vede la guerra hormai certa. Se però queste nuove o voci <sup>a)</sup> non vengono sparse o <sup>b)</sup> dette fuori, solamente per disporre gl'Ambasciatori delle provincie a consentire alle gravezze per far danari, che vogliono mettere duplicate. E perché io tengo lettere di Leopoli delli 19 stante da un caro et buono amico, il quale mi scrive ch'era in procinto per andare in Podolia e trasferirsi fino in Walachia, non mi facendo mentione alcuna d'exercito Turchescho che sia gionto in quelle bande, là onde iudico che queste novelle forse saranno date fuori a qualch'altro disegno, et acciò che le gravezze, come di sopra si dice, vadino innanzi.

*In margine superiore:* Dal Signor Ottavio Spinola.

a) in ms. ho voce

b) in ms. ho

z) sic in ms.

Octavius Spinola

ignoto

de morte nuntii [Pauli Uchanski] in Turcia; de minis ex parte Turcarum.

("Avviso")

A.M.F. F. 4293, f. 427.

Heri 25 Martii certum nobis nuntium alatum<sup>2)</sup> est Dominum Woievodam Belsensem Constantinopoli, dum legatione fungitur, mortuum. Familiares eius omnium rerum consignationem dare oportuit. Postea iussi sunt cum corpore mortuo discedere. Tota eiusdem suppellex numeris loco ipsi Imperatori et purpuratis distributa est, omnia, quae habuit, Turcis praedae cesserunt. Haec nova allata sunt a quodam nobili Cziowski, qui cum Domino Palatino in Turciam profectus erat. Funus in Poloniam advehi idem ille asserit.

Litteras item a Turcarum Imperatore huius fere sententiae adtulit: Rege Persarum a se devinctum et eo adductum, ut in posterum tributum ipsi persolvere cogatur, dato hanc ob causam obsidis loco filio et aliquot praecipuis consiliariis. Ideoque nunc facta pace inducias cum ipso pepigisse. Cumque professio ipsius sit, ut paganos et Christi sectatores omni molestia afficiat et stirpet, statutum sibi esse, ut omnibus viribus in Regis nostri ditiones contendat ipsumque et Regnum sibi subiiciat. Suedet itaque, si pace frui velit, ut singulis annis tributum ducentorum quinquaginta millium sibi persolvat vel ad sacra Machometica deficiat. Alias, ni<sup>a)</sup> unum ex istis praestet, primo quoque tempore, cum equi pabulum in agris habituri sint, magno se apparatu ad nos adventurum.

Hisce intellectis nunciis, quibusdam provincialibus iniunctum est, ut de hoc tam gravi negotio deliberationes habeant et rationem aliquam exquirant, qua tanti tyranni conatibus occurrere possit.

*In margine superiori:* Del Signor Ottavio Spinola.

*Item alia manu:* 1590.

a) in ms. in

e) sic in ms.

Sigismundus III rex Poloniae

universis, in comitiis generalibus Poloniae, ut Maximilianus ad promissum iuramentum praestandum adducatur.

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 428.

Sigismundus III etc.

Significamus universis et singulis, quorum interesse poterit, quod cum inter alia Reipublicae et quietem eius concernentia iniectum fuerit negocium in deliberationem publicam praesentium Comitiorum de non praestito iuramento per Serenissimum Archiducem Maximilianum, ad quod et transactione Bytomienisi et Bendzinensi, per mutuos commissa-

rios,<sup>a)</sup> tam nostros<sup>b)</sup> quam Serenissimae Domus Austriacae facta, tenebatur, attendentes nos, quantum in ea re et nostrae dignitatis et Reipublicae quietis et securitatis intersit et in posterum intererit, de unanimi statu<sup>c)</sup> Regni nostri consensu ita procedere in eo negotio decrevimus et constituimus: nimirum cum ista transactio ita peracta sit, ut eam Sacra Caesarea Maiestas<sup>d)</sup> non tantum assensu et iuramento cum statibus<sup>e)</sup> Bohemiae, Moraviae, Silesiae, Austriae confirmaverit, ut alii Serenissimi Archiduces verbo et scripto in vim iuramenti idem quoque praestiterunt, requirimus et reposcimus ab illorum Serenitatibus per nuncium nostrum, quem ad id in praesentibus Comitibus designavimus, ut quemadmodum illorum Serenitates<sup>f)</sup> iuramento et sponsionibus scriptisque suis, quibus nihil certius et firmitus esse potest, Reipublicae nostrae ratificaverint praedictam transactionem, ita Serenissimum Maximilianum eundem in effectum adducant, iuxta transactionis praedictae formulam, ut sine ulterioribus dilationibus iuramentum praestet suisque literis confirmet ac in omnibus praedictae transactioni satisfaciat.

Certi sumus, quod Sacra Caesarea Maiestas, praecipuum Christianitatis membrum, et Serenissimi Archiduces suscepto in se obligationis et sponsionis vinculo satisfaciunt et Serenissimo Archiduci Maximiliano autores erunt, ut id in effectu<sup>g)</sup> praestet, quod tenetur; nec minus, ut in eo satisfaciat, quae diplomate Sacrae Caesareae Maiestatis cauta sunt. De iuramento statuum Hungariae nobis pollicemur, nec in posterum illorum Serenitates ullas difficultates Reipublicae movebunt consilio vel armis, aut alio quovis modo, nec liberam praecipue Regis electionem impediunt futuram, sed si post viginti ad summum menses, a conclusione praesentium Comitiorum computando, praedictae transactionis articulis satisfactum non fuerit, nec Serenissimus Maximilianus ad praestandum iuramentum inductus fuerit ac ratificationis istius atque iuramenti praestiti instrumentum aeditum<sup>h)</sup> non fuerit, aut si id Serenissimus Maximilianus facere recusaverit, si publice coram universo mundo se non declaraverint Serenissimi Principes, quod hanc ipsius pertinaciam vituperent, et quod in omnibus ipsius contra hoc Regnum praetensionibus non solum Serenitati<sup>b)</sup> Suae quaecumque<sup>i)</sup> auxilia denegabunt, verum etiam nostram iniuriam nobiscum vindicabunt, quod si etiam interim exercitus alicuius ex Familia Austriaca aut cuiuscumque ab ipsis dependentis<sup>j)</sup> per ipsorum dominia et provincias in Regni nostri provincias et dominia impetum fecerint, tum polliciti sunt invicem et pollicentur sibi universi ordines et nos promittimus, quod imposita hac insigni iniuria nostra in Principes et nationes christianas, sic quoque contra alias personas, quae obligationes et fidem suam hac in causa et actu dederint, in tempore procedemus et ordines Regni procedent, qualiter nunc contra Serenissimum Maximilianum est processum.<sup>k)</sup> Et quidquid ulterius intelligemus ad conterendam istam iniuriam nostra fore iustissimum, faciemus. In cuius rei fidem et evidentius testimonium sigilla Regni nostri et Magni Ducatus Lituaniae sunt impressa, et nos manu nostra subscripsimus. Datum Varsaviae in Comitibus generalibus 1590.

a) in ms. mutuorum commissariorum

b) in ms. nostrum

c) in ms. statutum

d) in ms. Maiestatis

e) correctum ex alio verbo, probabiliter: stantibus

f) in ms. Serenitatibus

g) in ms. effectum

h) in ms. Serenitatis

i) in ms. quacumque

j) in ms. dependentibus

k) ultima septem verba linea subducta sunt.

z) sic in ms.

*Comitia et Senatus Poloniae et Lithuaniae  
universis*

*facultates et praerogativae cancellario [Ioanni Zamoyski] in bello contra  
Turcas concessae.*

*(Exempl. Adsunt alia exemplaria, ff. 442, 584, 586)*

*A.M.F. F. 4293, f. 431.*

Facultates et praerogativae, Domino Cancellario Regni in bello administrando contra Turcam concessae Senatus decreto.

Ut durante bello condere leges queat, quae eandem vim habeant ac si in Comitibus Generalibus, Senatu et Ordinibus adprobantibus, fuerint promulgatae et constitutae.

Milites, qui aliquod delictum patnaverint, punire usque ad honoris et vitae privationem possit.

Arbitratu suo belli rationes intus et extra Regnum administrare liberum sit atque integrum.

Oppida, arces, villas, castella et quaecunque loca in eodem Poloniae Regno ob belli commoditatem comburere <sup>a)</sup> ac nova exaedificare et munire queat.

Tormenta bellica, undecunque libitum fuerit, accipere et asportare ad belli administrationem valeat.

Ut sua auctoritate et arbitrio solum bellum et pacem tractare possit, raturaque ista omnia Senatus auctoritate et rogatione ex nunc et pro tunc fiant, neque quisquam illum in iudicium vocare possit quocunque tempore.

Ut omnes, qui 25tum usque ad 40mum annum agunt, ad bellum contra Turcam vocati ire teneantur. Et inobedientes et contumaces in signum contumeliae pennas in pileis gestare et serica indumenta induere non valeant et ad omnia Reipublicae munia et dignitates obtinendas inhabiles efficiantur, exceptis iis, qui Regi et Senatoribus inserviunt. Lithuanis etiam exceptis, qui Palatino Vilnensi, Lithuaniae Generali, subiecti erunt in omnibus, iuxta antiquas illius provinciae constitutiones.

<sup>a)</sup> *in alio exemplari (f. 442) sequitur verbum:  
diruere*

*Zenobius de Paccallis, notarius,  
ad rei memoriam*

*litteras Stephani Bathorei regis Poloniae ad Franciscum Mediceum magistrum ducem Etruriae pro Urbano de Ripa scriptas reproducit.*

*(Orig.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 437-438.*

Die secunda mensis Martii 1590.

Hec est copia quarumdam litterarum seu cuiusdam epistolae, transmissae per Serenissimum Regem Poloniae Serenissimo Domino Domino

Francisco Medices, Magno Hetruriae Duci Secundo inclite et gloriose memorie, facta per me, Zenobium notarium infrascriptum, et ex proprio originali existente in Secreteria Serenissimi Domini Nostri, Domini Ferdinandi Medices, Magni Hetruriae Ducis Tertii, de verbo ad verbum exemplata ista suprascripta die secunda mensis Martii millesimi quingentesimi nonagesimi ab Incarnatione Domini Nostri Iesu Christi et collata cum originali predicto per me et per infrascriptos notarios, qui in fidem et pro veritatis testimonio in fine ipsius copie manu propria se subscribent, et cuius quidem epistole seu litterarum tenor ad verbum talis est, qui sequitur, videlicet:

Stephanus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae etc. Dominus, Transilvaniaeque Princeps, Serenissimo Principi Domino Francisco de Medicis, Magno Duci Hetruriae, amico et affini nostro carissimo, salutem et omnis felicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Domine, Amice et Affinis noster carissime.

Magnas hic nobis significationes dedit nobilis Urbanus de Ripa Florentinus se magnopere et ex animo dolere incidisse in malam gratiam Serenitatis Vestre, infortunio suo magis quam culpa ulla, aut vero si culpa, tum certe non sua, sed malignorum quorundam hominum, qui dissimulantes et bene celantes id, quod adversus Serenitatem Vestram dicuntur, admisisse, cum in Regnum nostrum venissent, praetextu honestissimo in amicitiam et familiaritatem illius irrepserunt et officiis plerisque ac humanitate ipsius abusi sunt non solum impudenter, verum etiam contumeliose. Nunc igitur ut adversus facinorosos illos et audaces homines iustissima est Serenitatis Vestre indignatio, ita si homines quoque innocui, quem esse Urbanum istum certe nobis persuademus, ea involverentur, nihil nostra quidem sententia iniustius fieri posse videretur.

Quod est igitur, quod velimus? Id, quod nobis quidem videtur esse admodum proclive atque adeo persona Serenitatis Vestre dignissimum, ut Serenitas Vestra pro sua singulari prudentia primum omnium innocuium secernat atque segreget a noxio, deinde vero pro sua iustitia id, quod peccarat alii, ne patiarit aliis fraudi esse. Tum autem si quid est, quod restat, id in gratiam nostram<sup>a)</sup> faciat, ut Urbanum istum supplicem, qui ab eiusmodi sceleratis consiliis semper aborruit gratiamque nostram<sup>a)</sup> et Serenitatis Vestre implorat, in gratiam recipiat et in fidelium suorum subditorum numero retineat. Hoc Serenitatem Vestram summo studio rogamus. Quam bene valere cupimus. Datum Leopoli die 20 mensis Maii anni Domini MDLXXVIII, Regni nostri anno tertio.

Stephanus Rex.

Ego Zenobius quondam Andreae de Paccallis, civis et notarius publicus Florentinus, suprascriptam copiam ex proprio originali predicto transumpsi et cum infrascriptis duobus publicis notariis rescontravi, et quia cum dicto originali concordare inveni, ideo in fidem manu propria scripsi et subscripsi dicta die secunda Martii 1590 in civitate Florentie.

<sup>b)</sup> Ego Vincentius Iacobi de Comparonis, civis et notarius publicus Florentinus, suprascripto transumpto et copie litterarum predictarum facto<sup>2)</sup> et facte per dictum Dominum Zenobium interfui, et dictam copiam et transumptum cum proprio originali una cum dicto Domino Zenobio et cum infrascripto Domino Cammillo<sup>2)</sup> diligenter de verbo ad verbum rescontravi, et quia concordare inveni, ideo in fidem manu propria subscripsi anno, mense, die et loco, quibus supra.<sup>c)</sup>

d) Ego Camillus civis, quondam Stephani filius, notarius publicus Florentinus, suprascripto transumpto et copiae literarum predictarum facto et factae per dictum Dominum Zenobium interfui, et dictam copiam et transumptum cum proprio originali una cum praefato Domino Zenobio et cum suprascripto Domino Vincentio diligenter de verbo ad verbum rescontravi, et quia concordare inveni, ideo in fidem manu propria subscripsi anno, mense, die et loco, quibus supra.<sup>e)</sup>

a) *in ms. vestram*  
b)-c) *alia manu.*

d)-e) *item alia manu.*  
z) *sic in ms.*

N. 157.

Varsaviae, 18.IV.1590.

*Ignotus*  
*ignoto*

*de difficultatibus in pecunia ad bellum procuranda; de exclusionem Domus Austriacae ab electione in Polonia; de legatis Polonis ad imperatorem et in Turciam missis vel mittendis.*

*(Versio. ex lingua Polonica)*

*A.M.F. F. 4293, f. 439-440.*

Litterae ex Polonico in Latinum de verbo ad verbum translatae. Ex Varsavia 18 Aprilis 1590.<sup>a)</sup>

Quo magis ad finem conventus declinat, eo magis variae et mirabiles practicae<sup>z)</sup> emergunt, quarum et in Senatu et in provincialium collegio est ingens multitudo. Nunquam Polonia abundavit eis nec ita fertilis erat, quemadmodum nunc. Et credo omnino, quod Demone ipso autore ea fiunt atque oriuntur. Estne haec res parva, ut coacti in id consensum darent, ut Regnum ipsum, Magnus Ducatus Lituaniae, quo statim ad manum pecunia haberi possit, creditoribus fidem suam interponeret mutuoque unum millionem auri ab eis acciperet et hypothecae nomine de tanta summa caveretur? Certe haec res magna est et gravis Regno. Recordamur siquidem, quanta turbae excitatae erant quantaque expostulationes et id genus omnia ob assensum, tempore Sigismundi Augusti, in quinque centenis millibus debito contracto. Nunc vero ita celeriter, rebus non ponderatis, ea iam admisere, contra omnium bonorum et patriae benevolentium spem et expectationem hominum.

Sed hic punctus et durissimus scopulus: hanc assecurationem et hypothecam<sup>z)</sup> et qua ratione et in quibus possessionibus praestabunt facientque? Iam quis externorum Principum publice huic fidei et illorum cautioni tantam pecuniam crederet, cum manifestum sit, quid aliis creditoribus factum, quid et Duces Pomerani perpassi, cum et illis coeterisque creditoribus hucusque nihil solvitur, et in quas creditores quam plurimi calamitates devenere. Erat siquidem Sigismundi Augusti gaza regalis aliquot millionibus aestimata morte eius derelicta. Quam turpiter eam ita hinc inde distrahere! Alii consulunt, ut insulae, quae vulgo Verden<sup>z)</sup> vocantur, ad arcem Mariaenburgensem Gedanensibus oppignorentur, alii vero ad Electores Imperii et ad Marchionem Anspachium recurrendum

censent, et non solum eos facturos id existimant, verum pro certo affirmant sibi pollicentur, quasi iam certum cum illis haberent contractum. Verum, ut ego existimo, fallentur hac spe Lituani et magna pars provincialium Polonorum. Ea conditione debitum hoc contra Senatum consenserunt, ut omnis ad nullum alium usum necessitatemque conferri conventique posset, praeterquam in usus belli contra Turcam gerendi. De qua re et nunc variae sunt opiniones hominum. Item contendunt, ut cum Mosco omnino confirmetur pax, ultro induciae per Litanos in Comitibus inita approbentur, et ut legati a Republica autoritate huius conventus eius nomine deputarentur atque iam ex nunc expedirentur. Deputati ex utroque Senatu sive collegio iterum sunt lecti, ut modum rationemque cautionis fiendae pro supra expresso debito contrahendo invenirent atque conscriberent et demum in medium proferrent.<sup>b)</sup> Haec reportantur, et qua ratione id fiat, videbitur, quid excogitabunt illi boni et quid in medium proferent.

De constituenda et sancienda contributione inter provinciales nondum conventum. Verum duplicem non adeo renuunt et fortassis iam in eam consentient et, ut alii existimant, etiam taxam a singulis capitibus hominum, ut vulgo appellatur,<sup>c)</sup> poglowne.<sup>d)</sup> Item, ut Capitanei duplicem quartam solvant. Insuper taliter qualiter, modo pecunia immensa conferatur.

Cancellarius centuriones militum sive Rothmagistros dicit atque conscribit, nonnullis etiam stipendia confert. Farensbegh sclopetarios Germanicos ducturus et habiturus 1500, Ernestus Veierus senex 5000, Reinholdus Krauan 1500. Contendunt, ut Petrus Choienscius ducat habeatque 5000, verum is cunctatur et deliberat. Ferunt Ororogum,<sup>e)</sup> qui sapiens sibi videtur aut existimatur, si Diis placet, velle habere duo millia, itidem mille sclopetarios equites. Quos, ut ille Pelantes habuerit, dubito.

Exclusionem praeinclitae Domus Austriacae a deputatis conscriptam atque conceptam in partem sive ad tempus nunc reiecerunt, ut prius exercitum decretum approbatumque ac eius consensum haberent. Ecce Demonis ipsius et consilium et practica. In fine et in conclusione eam tum proferent, cum iam habeant res inter se bene communicatas et bene practicas. Sed videant, ne impingant in scopulum, experientur enim oppositionem non contemnendam.

Scripti Maiestati Vestrae non ita pridem, quod Rex publice interrogari debebat, utrum nobiscum sit permansurus, quamvis plurimi ex provincialibus id habeant in mandatis, quot <sup>z)</sup> et non leviter urgeant, ut se omnino ea in re declarent. Verum Senatores factionis vehementer obstant neque volunt admittere, ut ea de re publice interrogaretur,<sup>z)</sup> asserentes et affirmantes, quod ipse Rex, habita sua debita occasione, id ipsum publice profitebitur. Quod hominibus magnam dubitationem adfert et maiores suspensiones adauget. Imo et iam publice illud iactatur, quod circa festa Pentecostes <sup>e)</sup> omnino sit hinc discessurus.

Herbertus de Fulstin iunior, Castellanae Sanocensis, gynaecaei Reginae praefectae filius,<sup>f)</sup> ad Caesarem legatus expeditus discessit. Debet serio Suam Maiestatem admonere et urgere, ut transactioni Bythomiensi omnino satisfaciatur, necnon obligationi et sponsioni Suae Maiestatis, ut Archidux Maximilianus iuramentum praestet omniaque transacta confirmet; similiter et status Hungarici, ne tempore quovis, ac ut maxime nunc periculoso, Regnum turbet atque infestet.

Fertur huc adventare Caesaris legatum, et quod praemiserit, ut peratur pro illo hospitium. Qua de re nihil adhuc certi et explorati habetur.

Mitto Maiestati Vestrae conscriptum cathalogum, qualis quantusque debeat haberi contra Turcam exercitus et quae expensae in unum semestre. Videor mihi videre quandam Platoniam idaeam.<sup>7)</sup>

Ad Summum Pontificem hinc iam proficiscitur atque discedit Luceo-riensis Episcopus, nam Episcopus Culmensis hanc provinciam plane denegavit nec eam plane subire voluit. Et ideo ad conventum plane venire noluit.

Zamoiski, Secretarius ille Masovita, Cancellario non affinitate, sed cognomine iunctus, sed artibus eius et ad omne nefas satis instructus, in Turciam iam debebat discessisse legatus, sed pecunia, ut illi daretur pro viatico et expeditione, defuit. Datum Varsaviae in crepusculo noctis 18 Aprilis 1590.

a) datum alia manu scriptum apparet.

b) in ms. proferent

c) in ms. appellantur

d) in ms. poglorone

e) in ms. Pentecostens

f) suprascriptum pro expuncto: Fulstin

z) sic in ms.

N. 158.

Varsaviae, 23.IV.1590.

*Ignotus*

*ignoto*

*de exclusione Domus Austriacae ab electione in Polonia a comitiis decretata; de adventu legati imperatoris; de bello contra Turcas parato. (Exempl. Adest aliud exemplar f. 584 v. - 585)*

*A.M.F. F. 4293, f. 441.*

Ex Varsavia 23 Aprilis 1590.<sup>8)</sup>

Sabbato Sancto ad 3 noctis extrema manus imposita est generalibus Regni Comitiis, magnis nimirum ordinum altercationibus, et palatinarum et nunciorum terrestrium maiori parte tam super contributione publica, quam super constitutione, contra Serenissimum<sup>b)</sup> Maximilianum proposita, contradicente ac protestante. Quorum protestationes, tametsi maximi ponderis esse solent in huiusmodi deliberationibus ob vetera Polonorum statuta, nihilominus tamen Illustri Domino Cancellario Regni postulante inter suos, id est creaturas Cancellarii, conclusum est, ut et contributio gravissima ob defensionem contra Turcam exigatur, et constitutio in Serenissimum Maximilianum, videlicet ut a Regno in posterum excludatur, in actis publicis referatur, quemadmodum Dominatio Vestra latius ex ipsamet constitutionis formula, quam his allegatam accipiet, videre possit. De bello a Turca et si adhuc plerique dubitant, an pro certo sit futurum, cum nulli alii in posterum rumores sint allati, quoniam tamen illud a Domino Cancellario Regni certissimum repraesentatur, plurimas a Senatu facultates durante belli administratione easque amplissimas extorsit, prout ex altero folio his litteris adiuncto diffusius videbit.

Huc 20 Aprilis Illustris Dominus Printz Sacrae Caesareae Maiestatis ad Regem et Senatum Poloniae orator advenit, et quamvis audientiam urgeret, nullo modo potuit obtinere, ut, antequam Comitia dissolvantur,

audiatur. Hodie <sup>c)</sup> 23 luculentam orationem habuit frequentissimo Senatu, praesente Rege, qua inclytae familiae decus est utique acerrime tutatus. Ita tamen verborum moderatione usus, ut etiam illam inimici non commendarent summopere. Cuius exemplum si potero habere, ad Dominatorem Vestram mittam.

Litteras quoque a Serenissimo Ernesto <sup>d)</sup> ad Regem attulit. Neutrae tamen litterae sunt publice recitatae, sed tantum benevole a Reverendissimo Domino Vicecancellario ad utrasque ex tempore responsum nomine Regis. Senatus vero parte <sup>e)</sup> in gratiarum actione referenda Reverendissimus Dominus Episcopus Cuiaviensis est functus. <sup>f)</sup> Illustris Dominus Nuntius Apostolicus pro sua veteri reverentia et pro fidelissimo obsequio in Sacram Caesaream Maiestatem totamque familiam potentissimam omnia, quaecumque potest, officia Illustri Domino Printz praestare non desinit. Dominus Cancellarius post 6 dies profecturus Zamosciam ad funus uxori persolvendum. Et iam caeteri Senatores, salutata Regia Maiestate, dilabuntur. Rex Sandomiriam post 30 dies iturus creditur, igitur inde, prout belli suspicio vel pacis rumor afferretur, moturus vel Cracoviam vel in Russiam. <sup>g)</sup> De omnibus Dominatio Vestra diligentissime cognoscet suo tempore. Varsaviae 23 Aprilis 1590.

a) hoc datum alia manu scriptum est.

b) in ms. Serenissimo

c) in ms. hodiae

d) sequitur verbum expunctum: offensas, in altero exemplari non expunctum.

e) correctum ex: partes

f) correctum ex: defunctus (in alio ex. non correctum)

g) in alio exempl.: Prussiam

N. 159.

Lovicii, 23.IV.1590.

*Stanislaus Karnkowski, archiepiscopus Gnesnensis, universis*

*protestatio contra constitutionem a comitiis factam de domo Austriaca ab electione in regem Poloniae excludenda.*

*(Exempl. Adest auiud exempl. f. 450-451)*

*A.M.F. F. 4293, f. 443-444.*

In nomine Domini. Amen.

Per hoc praesens publicum instrumentum evidenter cunctis pateat et sit notum, quod anno a nativitate Domini 1590 die 23 mensis Aprilis, in dictione tertia pontificatus Sanctissimi in Christo Patris Domini Nostri, Domini Sixti, divina providentia Papae V, anno ipsius VI, in mei, Notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum praesentia, Lovicii personaliter constitutus Illustrissimus et Reverendissimus in Christo Pater et Dominus, Dominus Stanislaus Karnkowski, Dei gratia Archiepiscopus Gnesnensis, Legatus natus, Regni Poloniae Primas primusque Princeps, exposuit palamque recognovit, <sup>a)</sup> quod cum in proxime praeteritis Comitiis generalibus, anno 1590, die vero 8 mensis Martii per Serenissimum Potentissimumque Principem, Dominum Dominum Sigismundum III, Dei gratia Poloniae Regem, Magnum Ducem Li-

thuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Dominum nostrum clementissimum, indictis, inchoatis ac celebratis, ante alias omnes deliberationes gravissimas, praecipue vero de periculis imminentibus, quae coniurati christiani nominis hostes Turcae Schytaeque<sup>2)</sup> pararent, ac in quibus quam celerrime removendis salus et incolumitas Regni verteretur, ad quorundam praeposteram, importunam et Regno tali tempore periculosam instantiam actum quiddam constitutumque sit de inclyta Austria Domo, de Republica Christiana optime merita, a Regni petitione iureque et potestate alicuius eorum in Regem eligendi interregno occurrente (quod ut quam tardissime eveniat, Deum se precari professus est) excludenda, modis quibusvis et conditionibus ibidem expressis; animadvertens eo facto viam ad Regnum haereticis sterni, si dumtaxat indigenis seu Piastis, aliis exclusis, ad Regnum pateret aditus; ex quibus haud dubie haereticus vel non dubius haereticorum fautor catholicaeque religionis oppressor et eversor esset, prout multarum christianarum provinciarum, praecipue vero Angliae, Sueciae Daniaeque Regna demonstrant, in quibus cum primum haeretici scepra caeperunt,<sup>2)</sup> statim religio catholica cum ingenti catholicorum et sacratorum hominum interneccione extirpata, eversa exterminataque fuit.

Ac propterea perhorrescens similium exemplorum in hoc Regno eventus, ne in eo religio catholica, quod adhuc restat extremum praesidium, amitteret, quemadmodum in ipsis Comitibus coram hac Regia Maiestate in Senatuque, palam et publice, eidem exclusioni praefatae inclytae Austriae Domus non consensit, imo cum adhaerentibus sibi Reverendissimis Dominis Regni Episcopis illi contradixit seque pro munere suo senatorio primatialique opposuit, ita nunc quoque coram me, Notario publico, et testibus infrascriptis viva sua voce declaravit se non consentire, imo contradicere atque pro munere suo senatorio, archiepiscopali et primatiali sese opponere, prout nec consentit, imo contradicit atque sese opponit.

De quo omni meliori modo, via, iure, forma, stylo, quibus melius et efficacius potuit et debuit potestque et debet, per expressum et solemniter protestatus est et protestatur. Super quibus omnibus memoratus Illustrissimus Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Gnesnensis me, publicum Notarium infrascriptum, requisivit, ut<sup>b)</sup> praesens publicum protestationis huius instrumentum ac tot, quot essent necessaria, publica instrumenta conficerem et extraderem, prout confeci et tradidi, uti praemissum est, requisitus. Acta sunt haec omnia mense, die, in dictione pontificatus, loco, quibus supra. Praesentibus Reverendis Dominis Ioanne Tarnowski, Cracoviensi, Lanciensi, Crusviciensi Praeposito, Regni Referendario; Iacobo Compinzchi, Decano Lanciensi, Archidiacono Loviciensi, Gnesnensi Canonico; Martino Karnkowski, Gnesnensi, Loviciensi Decano, Custode Vladislaviensi; Ioanne Domanowski, Subcamerario Dobrzestensi; Nicolao Kosinski, Andrea Kosinski, Felice Tarnowski, Ioanne Makowski, testibus ad praemissa existentibus.

Ita est. Stanislaus Archiepiscopus Gnesnensis.

Et me, Luca Martini Mienthae diocesis<sup>2)</sup> Posnaniensis, sacrosancta apostolica et imperiali auctoritatibus publico et coram memorato Illustrissimo Domino Archiepiscopo Gnesnense actorum Notario, qui praemissis omnibus et singulis, videlicet suprascriptae protestationi, una cum praenominatis Dominis testibus praesens interfui eaque sic fieri audivi. Ideo hoc praesens publicum instrumentum, manu alterius Notarii, me tunc aliis negociis occupato, fideliter scriptum, in hanc publicam formam

redigi curavi signoque ac nomine meis solitis, quibus in conficiendis instrumentis utor, consignavi et communivi requisitus.

a) *verbum*: recognovit *pro expuncto*: rogavit  
*suprascriptum est.*

b) *in ms.* et

z) *sic in ms.*

N. 160.

*s.l., s.d.*

*Ignotus*

*ad rei memoriam*

*brevis historia Dacorum usque ad Stephanum III [voievodam Moldaviae]*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 447.*

Sunt Daci ex Italis Romanisque procreati, qui duce Lucio Valerio Flacco cum Daciam occupavissent in hisque regionibus inveteravissent ac uxores duxissent, hos Dacos reliquerunt, qui eorum lingua Romani a Romanis, nostra Valasci, eodemque modo ab Italis appellantur. Valasci enim Polonis idem <sup>a)</sup> est, quod Itali Latinis. Quorum regio Moldavia quasi Minor Dacia vulgo appellatur. Hi natura, moribus et lingua non multum a vulgo Italiae absunt suntque homines feri magneque <sup>z)</sup> virtutis, neque alia gens est, quae pro gloria belli et fortitudinis angustiores fines cum habeant,<sup>z)</sup> plures ex propinquitate hostes sustineat, quibus continenter aut bellum infert, aut illatum, defendit Valachiae situs.

Habet ab ortu Traciam, ab occasu Russiam, a meridie Transylvaniam, a septentrione Scythiam. Tantaque sunt virtutis, ut cum omnibus his gentibus, quarum fines attingunt, eodem tempore saepe proelio contenderint victoresque fuerint. Nam Stephanus, qui patrum nostrorum memoria principatum in Dacia obtinuerat, una propemodum aestate et Baiazetum Turcam et Matthiam Ungarum et Iohannem Albertum Polonum bello magno devicerat magnamque calamitatem victis intulerat. Hi tamen prae multitudine hostium et prae angustia finium non magis virtute, quam dolo contenderunt, aut insidiis nituntur. Nullaque apud illos religio iusiurandi est, nulla promissionum atque pactorum fides. Quibus illi rebus magis ad speciem utuntur, quam ad aliquam necessitatem. Ad haecque, ubi rem in angusto vident, decurrunt, ut spacium habeant, quo a fraude auxilium petant.

Itaque semper compertum est eos fidem ac iusiurandum finitimis invicem dedisse, ut coniurati eorumdem socii et hostes essent. Nec vero foris solum hoc illi sunt ingenio, sed domi etiam <sup>z)</sup> consimili perfidia conflictantur, quae illi generi hominum innata est maxime. Non illi fidem Principibus praestant, non Principes illis iuste imperant. Suspensa inter illos, incerta suspectaque sunt omnia. Ob quam etiam causam multos, natura plures, patrum memoria, tyrannos illa gens tulit, nec mitiores nec humaniores veteribus Scilliae tyrannis, quorum est praeter caeteros nobilitata crudelitas.

a) *in ms.* iidem

z) *sic in ms.*

*Princeps Valachiae [Michael Viteazu?]  
"cancellario Transylvaniae"  
rogat, ut pro se apud "Suam Serenitatem" se interponat.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 448.*

Ex iisdem Magnificae Dominationis Vestrae litteris intellexi, quam propenso et quam benevolo animo sit erga me affecta quantumque rebus exigentibus haec affinitatis officia parata sit declarare. Quapropter facile crediderit, qua in parte Magnificam Dominationem Vestram locaverim, et quem locum bonis admonitionibus et verbis saluberrimis soleo tribuere, sciens pro certo Magnificam Dominationem Vestram mihi nulla in re aliquid adversi cupere. Georgius Palatinus Magnificae Dominationi Vestrae narrare poterit, quam submisso animo tam in recipiendis modernis Suae Serenitatis institutionibus paruerim, quam in exequendis aliis rebus, de quibus Sua Serenitas et Magnifica Dominatio Vestra quoque ad me scripsit, fuerim, quamquam in multis praeter meam expectationem mea pristina dignitas sit diminuta et status attenuatus. Nihilominus imposte- rum etiam eodem submisso animo et fidelitate Suae Serenitati studebo servire et evigilabo, ut hoc Suae Serenitatis Regnum interteneamus et defendamus, modo Sua Serenitas in suppeditandis auxiliis nobis non desit et nostrorum fidelium servitiorum habeat respectum.

Ut diem solemnitatis nuptiarum Suae Serenitatis mihi perscribat, Magnificam Dominationem Vestram rogo, ut possim Petrasteo Vaivodam, filium meum, quemadmodum Magnifica Dominatio Vestra quoque perscripsit, isthuc expedire. Familiam quoque meam libenter isthuc mitte- rem, si Sua Serenitas eiusmodi bona mihi dedisset, ubi possent sese inter- tenere, quia cum familia mea alii quoque affines et consanguinei sunt futuri. Loria vero, ut intelligo, est locus valde strictus et nequaquam capax. Bona etiam sunt exigua, atque sic oporteret eos ibi pecuniis vivere, sicut et coronae aut in aliorum bonis. Proinde rogo Magnificam Domina- tionem Vestram, velit apud Suam Serenitatem sedulo instare, ut maiorem fidelium servitiorum meorum Sua Serenitas habeat rationem, nec secus meis rebus prospiciat. Quid esset Suae Serenitati, si unum castellum mihi conferret, quo his turbulentissimis temporibus familiam et res meas expedire possem?

Haec et alia mea negocia Magnificae Dominationi Vestrae commendo, ut omnia non secus ac sua, quemadmodum bonus affinis agere consuevit, agat, cum commoda nostrae domus et alia omnia inter nos communia sint futura.

*In margine superiori alia manu: Cancellario Transylvaniae.*

Michael [Viteazul], voievoda Valachiae Transalpinæ,  
"cancellario Transylvaniae".

de periculo ex parte Turcarum imminente.

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 449.

Laetas novitates, quas Magnifica Dominatio Vestra de Germanorum copiis et reliquæ Christianitatis expeditione ad me perscripsit, grato animo accepi nobisque omnibus maximum solatium attulerunt. Eam præsertim ob rem, quod contra hunc rabidum tyrannum alii quoque christiani penes hæc tria Regna Suae Serenitatis auxilia latenti sunt. Nihilominus Suam Serenitatem diligentissimam curam adhibere oportet, ut iuxta suam benignam obligationem primo quoque tempore, et quamtocius<sup>2)</sup> fieri poterit, huc tam fortem et tam numerosum expediat exercitum, quocum huic ingenti potestati et viribus hostium contra nos transmissis et iam in Bulgaria præsentibus resistere queamus. Quia quocumque tandem modo exploratores ad Suam Serenitatem hostium conatus denunciant, tamen Magnifica Dominatio Vestra sibi animo persuasum habeat Turcicas vires maxime his in partibus esse intensas et huc omne suum virus conari effundere, prout iam præsens hostis conspicitur et elaborat, ut conatibus et voluntati suæ inserviat.

Facit autem hoc præcipue hanc ob causam, quia videt huius loci infirmitatem, et labefactas esse vires, tum etiam, ut sibi propius et tutior contra reliquos hostes expeditio pateat. Aliud quoque est, quod ipsum et iniuriæ iam illatae et quæ in dies a nobis inferuntur, ad hæc stimulant ac impellunt. Qui si poterit ante omnia a nobis damna accepta et perpassas iniurias ulcisci, nequaquam intermittet. Cui Deum Optimum Maximum omnem fortunam denegaturum spero.

Quare iterum atque iterum Magnificam Dominationem Vestram rogo, velit hæc omnia penes has meas litteras Suae Serenitati, prout se omnia habeant, exponere et declarare, ut Sua Serenitas iuxta benignam promissionem suam omnia diligenter perpendat et nos tempestive opportunoque tempore hic auxiliis muniat, quia si in expeditione suppeditationeque auxilii mora intervenerit, metuendum est vehementissime Serenitatis Suae copias et Regni huius gentes ad prohibendos traiectus Danubii hostibus minime sufficientes futuras, eo minus graves hostes impetus me excipere aut expectare audere.

Ad hæc multo fusius per Georgium Palatinum cum Suae Serenitati, tum Magnificæ Dominationi Vestrae nunciavimus. Scripsimus id quoque, si Suae Serenitatis gratiosa voluntas esset, ut partem Kosakorum huc vocaremus, cum ipsorum quoque is esset spontaneus animus, et iam trecenti aut quadringenti Braillam ex ipsis appulerint. Palam enim est nos maximopere egere auxiliis. Itaque quodcunque hac de re Sua Serenitas tulerit iudicium dederitque responsum, Magnifica Dominatio Vestra, precor, faciat me de eo certiores. Credo enim Suam Serenitatem iam suum hoc Regnum modis omnibus, milite, pecunia, pulvere, globis et aliis, quæ ad defensionem eius spectare videbuntur, iuxta suam clementem obligationem velle iuvare. Quod nos quoque communiter Suae Serenitati fide-

lissimae reservemus. Valeat Magnifica Dominatio Vestra diutissime salva et incolumis. Datum ex Bukurest<sup>a)</sup> die 11 Iunii iuxta vetus, anno Domini 1595.

Magnificae Dominationis Vestrae affinis  
Michael Vaivoda Valachiae Transalpiniae.

*In margine superiori:* Cancellario Transylvaniae.

a) in ms. Rukurest  
z) sic in ms.

\*) Iuxta calendarium Gregorianum: 21.VI.1595.

N. 163.

s.l., [post 20.III.1590.]

*Ignotus fautor Austriacorum*

*ignoto [adiutori olim archiepiscopi Uchański]  
de morte Pauli Uchański in Turcia; de conditionibus pacis a Turcis  
propositis; de Domus Austriacae exclusione; de cancellarii [Ioannis  
Zamoyski] moliminibus; de Narva a Moscovitis oppugnata.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 455-458.*

Ex litteris vigesima septima Varsovia datis e Polonica in Latinam linguam a verbo ad verbum translata.

Quod attinet ad legationem huc mittendam, difficile est ea de re quid certi statuere aut sententiam nostram dicere, maxime in ea rerum omnium varietate et perplexitate, quemadmodum Magnificentia Vestra per se ea iudicabit, quae hic necessario et cum decore essent adferenda atque dicenda, quae item omittenda.<sup>z)</sup> Sed frustra iam fortasse omnia ea de re cogitatio suscipitur, quandoquidem maturius ea de re debebant suscipi non solum consultationes deliberationesque, verum iam eam hic adesse oportebat. Nam ita res ad metum quasi diriguntur, quod decreto publico Comitiorum (ni Deus Omnipotens, in quo unica spes nostra residet, perversa haec et patriae exitiosa consilia disturbaverit), quoniam aut simul aut semel praecise hanc praeexcelsam Austriacam Familiam universam, aut relictis aliis (ad quod maxime res inclinant) solum Serenissimum Electum nostrum ab adeundo Regno in perpetuum excludere conabuntur, ea non considerantes, quod iura Regum et Principum in armis consistunt, neque recordantes ea, quod Deus ipse omnia immutare potest. Quemadmodum Vestra Magnificentia ex meis ad se datis scriptis agnoscere videreque potuit, quod in utroque collegio Senatus de ea ipsa exclusione acerrimi et venenati erant sermones contentionesque petulantes. Qua in re consideret Vestra Magnificentia mirum divinum institutum et factum, ut cum ad summas contentiones et pertinaces conatus eorum ventum erat, ecce mira mutatio, si quidem praeter opinionem spemque hominum ita Deus ipse eum animum indiderat plerisque bonis et probis viris, quod se his Cyclopibus, commoti indignitate rei, graviter opposuerunt, ita ut ad conclusionem, prout maturabant, perventum non fuit.

Accurrit etenim proximo die sabbati noctu Dominus Czizoroski, qui in oppido Voislavicze commoratur, certum adferens de morte Palatini Belzensis nuncium, et redditus a Caesare Turcarum litteris et a Wizer Bassa, homine, ut fertur, nequissimo, et a Beglerbego, retulit quid cum illis hucusque actum fuerat.

Inprimis ita exposuit, ut quamprimum versus Constantinopolim iter facientes Danubium traiecerunt, repperunt Beglerbegum cum exercitu in Silistria hibernantem; quem cum Legatus, Palatinus Belzensis, accessisset, ante omnia interrogatus, an tributum secum in Turciam deferrat.<sup>2)</sup> Cui cum responderit, quod Poloni nemini tributa pendunt, respondit Beglerbegus: Frustra igitur ad Praeexcelsam Portam, tributo secum non habito, proficiscimini. Potestis retro verti et ultra non progredi. Dominus vero Legatus ea nihil curans, iter suum continuavit. Veniens Constanti nopolim, inhumaniter et exceptus et tractatus, omnesque eius stricte in diversorio habiti, ignominiis affecti, victualia, ut prius erat moris, et necessaria non dabantur. Postea Wezer Bassa misit ad Legatum percunctando, utrum tributum secum habeat, ut illud in thesaurum Imperatoris inferrat,<sup>2)</sup> et tunc cum pace et gratia expediretur.

At cum Dominus Legatus responderit se nullum tributum habere, verum petiit concedi sibi audientiam debitam, iratus Bassa neque ad audientiam neque ad aliquam tractationem illum admittere voluit, dicens: Debebas vel non venisse huc, aut interrogatus a Beblerbego de tributo, in Silistria existens, cum illud non adferebas, retro cedendum tibi omnino erat. Interea Legatus moritur, his ita actis. Post cuius mortem Bassa statim misit res omnes eius conscribi. Quod cum primo Poloni admittere nolebant, nuntiatum est illis: Vos, inquam, canes Gauri, vultisne hic imperare? At omnes frustratim dissecabimini et funus Legati in ignem, ut cremetur, proiciemus.

Videntes nostri miseri, quod vi se defensare non possunt, volentes nolentes res omnes conscribi permiserunt. Et ibidem primo acceptae res illae omnes, quas Legatus loco donativi seu muneris attulerat, reliqua omnia ad cathalogum redacta, tumque insuper coacti nostri instructionem legationis reddere Turcis. Qua accepta, iussa in linguam Turcicam fieri. Quod factum omnes hic vehementer dolent ac aegre ferunt, quod ea instructio in manus Turcarum pervenerit, et maxime illi ipsi eius auctores et compilatores, vel scientes, quid in se continebat.

Post dies autem aliquot dedit illis Polonis Bassa Turcici Imperatoris suasque litteras, ut aliquem e medio sui cum eis ablegarent. Ad ea Dominus Lascius Nielodoroski responderat hoc esse maioris gravitatis, ut eas Czausius Turcicus deferat. Bassa, ira et furore percitus, proiecit eas ad pedes eorum, dicens: Vos, inquam, sobaki, id est canes, remittite eas, si vultis. Vestra etenim interest. Ideo cum eis expeditus est Dominus Czizoroski, quas hic summo mane praeterito die solis Cancellario Regique reddidit. Quae, statim missa in templo peracta, convocatis omnibus consiliariis, in angustiiori consilio lectae. Quid vero contineant, quamvis id caelatur, attamen magna ex parte iam emergit.

Quod primo haec vult Turcicus Tyrannus, ut arces finitimae omnino aboliantur. 2. Ut Kozaczy Nizovienses ex confiniis repellantur atque extinguantur. 3. Ut tributum pendatur, et Poloni ut omnes sint Bursumani<sup>2)</sup> Machometistae. Ad sexaginta tantum dies a 25 Februarii deliberandi spatium concessum et responsum<sup>3)</sup> referendi ita, ut his omnibus omnino satisfaceret. Alioquin bellum parate.

Die vero lunae, tam in Senatu quam inter nuntios, ea de re secretius consultatum fuit. Iam hic arma, equos, bombardas et quae ad bellum necessaria in universum omnes comparant atque coemunt. Et una die quidquid venale inveniri potuit, eorum omnia sunt coempta. Si quis talium mercium magnam haberet vim, magis lucraretur, quam aureis aut sericeis vendendis pannis. Inde apparet omnino iam cani classicum, quamvis, ut manifeste apparet, plurimos huic rei non habere fidem, suspicantes atque arbitrantes, ut et Vestra Magnificentia id in suis expresserat litteris, quod ea ex composito fierent. Nam ita suspicantur plurimi, quod quidam Brutus, qui in Valachia erat, debebat eam cum Turcis iniisse practicam atque rem ita composuisse. De quo ego nolo quid definire. Verum ille Brutus fuit heri in plurimo Senatu, praesentibus ordinibus, maxime a Cancellario commendatus atque collaudatus in eum finem, ut pro indigena Regni susciperetur. Nam dicitur habere nummum seu, ut nostri vocant, grossum, id est grandem pecuniam, et procul dubio obtinebit petita. Sed nos ad nostra revertamur.

Hoc adventu Domini Czizoroski et hoc incusso<sup>b)</sup> terrore, qui vanus vix habetur, infecta atque distracta conclusio de excludendis Serenissimis Austriacis Principibus. Et utinam in perpetuum crura et collum frangat, neque nominetur amplius in nobis, quod minime dubito Deum pro sua iusticia id praestitutum. Nam sex vel septem integri palatinatus inter tot Cyclopes, patriae parricidas et omnis honestatis ac dignitatis hostes, quibus collegium nuntiorum abundat, fortiter indignitate rei commoti, Dei et non humano instinctu fortiter resistunt. Lithuania vero non minus et acrius eos adiuvat atque roborat. Qualis vero futurus exitus, tempus docebit. Non est dubium Cancellarium omnem lapidem moturum, qui eorum omnium fabricator est, ut Serenissimum Electum et Dominum nostrum de eius iure atque hac dignitate deiiciat, praetextendo male causam non praestiti iuramenti.

Ad consultationes vel rationes in medium allatas componendas et ad conscribenda ea, quae ad modum belli gerendi defensionisque pertinent, deputatae sunt certae personae, tam ex Senatu quam et nuntiorum collegio. Inter quas cum sint dati etiam illi, qui Cancellario non applaudent, conqueritur, quod deputatorum sit maior quam oporteat numerus, et in eo tam amplo numero consultantium tam mature, ut res exigit, negotium defensionis et status belli concludi et statui non potest. Quamvis numerus non est maior eorum, praeterquam decem Senatores et viginti nuntii terrestres sive provinciales. Ideo contendit, ut non plures intersint, quam tres consilarii et decem nuntii. Utrum id ita obtinebit, ignoratur, quamvis ex illis eius non asseclis nemo patietur se excludi. Lituani et illi septem palatinatus uno quasi ore duos inter se ad eam consultationem deputavere: Dominum Stanislaum Uchanium, Archiepiscopi demortui, qui Vestram Magnificentiam in coadiutorem assumpserat, ex fratre nepotem, Dominum probum et idoneum et semper partium nostrarum, et Dominum Adamum Tarnowski, Pincernam palatinatus Brzestensis. Absque gravi contentione inter istos deputatos negotium non agetur. Nam praefati palatinatus id in commissis habent, ut ad novam contributionem prius nulla ratione consentiant, quam ut per Regem modernum dissipati et dilapidati proventus Regni istis immensis donationibus ad pristinum statum revocarentur possessoresque eorum inique contra leges ea obtinentes, a prodigo Rege et rerum ignaro factas, cederent.

Hic iam plane decantatum, ut quamprimum modus defensionis bellique gerendi fuerit decretus atque ordinatus, finem conventui statim dicere, et sic ut omnes ad propria redirent. Quemadmodum Cancellarius a die crastina, octo diebus tantum elapsis, suum discessum certum manifeste professus est, et illum sequentur omnes. De aliis negociis alioquin sequentibus et Reipublicae necessariis, quas <sup>2)</sup> etiam Magnificentia Vestra litteris suis prudenter recensuit atque expressit, frustra iam quid agendum, imo nedum cogitare, cum tempus non patitur, ut ea in medium proferantur. Et quod ad ea Magnificentiae Vestrae non respondeo, peto id mihi vitio non dari.

Cum Domino Chorenscio saepius de rebus confero et quae Dominatio Vestra relata esse voluit, illumque de his et alios admonitum et admonitos sedulo inculco, et video eum aliosque nostrae farinae, ut ex numero palatinatum apparet, ita obfirmatum atque animatum, quod nolet pati ea in re a quoquam superari.

Est praesens hic Cardinalis Radivilus, in dies speratur venturus Battoreus Cardinalis. Venit etiam huc Dominus Stanislaus Stadniczki, ubique libere versatur, solet adesse et in arce, apud Cancellarium, Marsalcum et alios. Regem tamen non accessit. Mitto Dominationi Vestrae a Principe Pronscensi, qui gravissimas experitur difficultates, vocatus in iudicium regium et ratione capitaneatus Luceoriensis non dimissi et quod clandestinas faciat habeatque cum extraneis practicas. En afflicto additur iniusta afflictio!

Post scriptas et obsignatas ad Magnificentiam Vestras litteras sum nactus a Beglerbego ad Cancellarium litterarum scriptarum exemplar, quod Magnificentiae Vestrae mitto. Iam, ut apparet, necessarium non esse aliam belli denuntiationem exspectare, sed equos conscendere armarique, quemadmodum iam nihil hic agitur auditurque praeterquam strepitus armorum et ubique conclamatur ad arma. Cancellarius ipse, Russiae, Podoliae et Volhiniae palatinatus publice protestato, quod non diutius hic sunt commoraturi, quam ad proximum diem Martis, rogantes et per Deum obstantes, ut mature eis feratur auxilium.

Interea edoctus a viro gravi et probo, cui et secretiora non sunt incognita, quod plurimi Domini Consilarii secreto id inter se constituto, praeter scitum Cancellarii Regem accesserunt et, arbitris seclusis, privatim ab eis serio est interrogatus atque admonitus, ut tandem suam definitive diceret aperiretque voluntatem utrum velit in Regno permanere et eius curam serio gerere, an vero in Suetiam illo relicto discedere. Qua in re ut definitive se declararet. Nam si discedere cupiat velitque, consultius esse, ut mature rem aperiat, ut commodius rebus propriis, Regni salutisque cuiuslibet prospici et consuli possit. Diu cunctabatur, hinc inde se vertens et ad scopum redire nolens, vel directe ad propositum respondere. Verum cum ab interrogantibus adigeretur, neque in eam vel aliam partem, nisi audiret responsum cathgoricum, dimitti potuit, respondit se nusquam discessurum. Quapropter ita cum eo convenerunt, quod publice in omnium praesentia denuo ea de re interrogabitur, ille vero ita ut respondeat se Poloniam sic dilexisse, quod eius salutem et dignitatem propriae maioris ducat, ideo ex ea neque discedet neque eam derelinquet. Et hoc ideo factum, ut Cancellarii publice dicta in Senatu sententia refutaretur et retruderetur, ex omniumque animis de Regis habitu omnis tolleretur suspicio. Quamvis et ego ipse et ipsi Domini Senatores interrogantes aliud animadvertunt et in mentibus hoc revolvunt suis, nimirum Regem hic non diu duraturum vel mansurum.

Dum haec scriberem, ex Livonia iterum alter accurrit veredarius, significans et nuntians centum et triginta millibus Moscoviticum constare collectum exercitum, quo Narvam obsedit. Praeterea tormenta octuaginta maiora secum habet, quibus per integros dies noctesque quatuor continuo explosis magnam partem murus<sup>2)</sup> arcis confregit. Atque impetum in eam fecit, a qua bis repressus, amissis quatuor millibus impetum facientibus. Nihilominus tamen recesserunt, obsidionem continuantes, licet omnia ad eam expugnandam facientes.

a) *in ms.* respondi

b) *in ms.* incussu

z) *sic in ms.*

N. 164.

*s.l.* [post III.1590]

*Ignotus  
ignoto*

*de conventu, in quo exclusioni Domus Austriacae se opponunt: archiepiscopus Gnesnensis [Stanislaus Karnkowski], archiepiscopus Leopoliensis [Ioannes Demetrius Solikowski], episcopus Cuiaviensis [Hieronymus Rozdrażewski], Premisliensis [Adalbertus Baranowski], Luceoriensis [Bernardus Maciejowski], Chelmensis [Laurentius Goślicki] et nominatus Kioviensis [Nicolaus Pac].*

*(Exempl. Adest aliud exemplar: f. 460).*

*A.M.F. F. 4293, f. 459.*

Archiepiscopus Gnesnensis, Archiepiscopus Leopoliensis, Episcopus Cuiaviensis, Episcopus Przemisliensis, Episcopus Luceoriensis, Episcopus Chelmensis et Nominatus Kiowiensis, totidem enim adsunt in Comitibus praesentationis<sup>a)</sup> Nuncii Apostolici in Polonia antea confirmati, heri apud Archiepiscopum Gnesnensem convenerunt ibique unanimi assensu iurarunt se cunctis viribus oppugnatos Cancellarii Poloniae eiusque adhaerentium iniquam propositionem de excludenda Serenissima Domo Austriaca. Qui unanimiter negotium Episcopo Cuiaviensi detulerunt, ut eorum nomine Cancellarium Poloniae alloqueretur ac ab insita sententia deducere conaretur, allatis in medium divinis et politicis rationibus.

Hoc certissime nunc habeo polliceri nuncios terrarum, penes quos est maxima in rebus decernendis autoritas, inter se valde in hoc discrepare, et eos maxime, qui Cancellarii Poloniae privatos fines interius intuentur. Qui heri in Senatu Regem Poloniae iterum est aggressus, affirmans sibi pro comperto esse ex Germania Maximilianum secum et cum patre per secretos nuncios tractare, ut Principissam Suetiae, sororem suam, sibi in matrimonium collocent eique hoc Regnum tanquam in dotem Maximiliano tradant. Indeque occasione quaesita Regem Poloniae compellavit, ut animum suum quamprimum aperire velit, nec diutius Senatum et nobilitatem universam suspensam habere velit cogitetque Rempublicam Polonorum liberam esse Regesque publicis ac liberis

suffragiis in Regnum cooptare, nec quenquam Principum Austriacorum claustra Regni unquam ingressurum, ordinibus invitis.

Hoc cum Reginae Poloniae allatum esset, Regem Poloniae ad vesperam adiit illumque obnixè est deprecata, uti suum animum patefacere sibi non gravetur, utrum vere de reditu in Sueciam Rex Poloniae cogitet. Qui assecurantissime Reginae Poloniae pernegavit, affirmans se nihil tale unquam cogitasse, cohortatusque est Reginam Poloniae, ut his rumoribus, tanquam a malevolis dissipatis, Maiestas Sua nullam fidem adhiberet.

a) in *ms.* praesantionibus

N. 165.

s.l. [post 21.III.1590]

*Ignotus*

*ignoto*

*de cancellarii [Ioannis Zamoyski] cum rege [Sigismundo III] impetuosiori colloquio; de relatione [Hieronymi aut Alberti] Łaski Constantinopoli missa; de cancellarii in Senatu oratione contra Maximilianum; de suspicionibus erga regem; de [Andreae] Opaliński contra cancellarium oppositione.*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 461.

Cancellarius Poloniae postridie, quam Varsoviam venit, domi se continuit, dum atratae vestes pararentur. Ac interim amicorum salutationes et consueta doloris officia ambitiose audivit. Tertia die Regem Poloniae salutavit ac remotis arbitris literas Lascii, quae periculosam oratoris valetudinem nunciabant, coram Maiestate Sua recitavit ac perniciem a Turca impendentem, ni mature provideatur, more suo exaggeravit. Quarta autem die, quae fuit 21 Martii, in Senatu super articulis initio Comitiorum propositis sententiam dixit ac in omnibus fere rebus coeteris Senatoribus Poloniae assensit, in factum Maximiliani acerbissime invectus.

Deinde sensim ad suas versutias et privatos affectus delabens, exclusionem Maximiliani ab Regno insinuavit tantaque animi contentione suum studium erga Rempublicam et patrias libertates extulit, ut cum se suspicione Regni potiundi hoc Maximiliani praetextu laborare apud prudentes omnes intelligeret, asseveranter pro concione petere non dubitavit, uti eodem Senatus consulto, quo Maximilianum, suam similiter personam a Regni obtinendi spe perpetuo deicerent. Et ut plane popularis videretur ac simul Regem Poloniae in invidiam vocaret, paulatim in Regem Sueciae orationem flexit, illum aperte exagitando, tanquam cum Sacra Caesarea Maiestate et Maximiliano secretos nuncios haberet de Regno hoc ipsi Maximiliano, filio in Sueciam revocato, tradendo. Quibus verbis tametsi turbatus fuerit Rex Poloniae maximopere, non tamen obiecta diluit, sed ut pavida ingenia solent, reticuit. Visus tamen est erubescere, pallidus fieri, ac oculos huc illuc vertens, labrum leniter momordit.

Talis Cancellarii Poloniae libertas omnes Senatores Poloniae offendit, et dum patriae parentem prae se ferre studuit, optimatum et omnium bonorum odium incurrit. Marsalcus Magnus Opaliński (nam hic quoque adhuc aderat) circa praefatos articulos cum aliis congruit, in Maximiliani negotio moderate omnia agenda censuit ac prius ad Summum Pontificem, Sacram Caesaream Maiestatem ac ad ipsum Maximilianum scribendum statuit, nec Augustissimam Familiam et de Christiana Republica optime meritam praecipui decreto a Polonis eorumque posteris indigne abalienandam recte et prudenter admonuit.

N. 166.

s.l. [post 4.VI.1590?]

*Ignotus  
ignoto*

*de conventu Opatoviensi, cui intererant palatini: Cracoviensis [Nicolaus Firley], Sandomiriensis [Stanislaus Szafraniec], Lublinensis [Nicolaus Zebrzydowski] et Russiae [Nicolaus Herburt] allique nobiles, qui contra "perpetuam dictaturam" cancellarii [Ioannis Zamoyski] "rokosz" minantur.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 462-463.*

Mensis Iunii die quarta convenerunt Opatoviae Palatinus Cracoviensis, Sendomiriensis, Lublinensis et Russiae. Ibi igitur nobilitas, de moderno statu Regni consultans, illud maximopere perpendebat Cancellarium perpetuam dictaturam sibi usurpare. Adeo autem se efferre, ut etiam non aliis, quam suae factionis hominibus, copiam dicendi praeteritis in Comitibus concesserit. Insuper, quod etsi maior pars nunciorum terrestrium adversus acta Comitiorum, postquam esset protestata, discesserit, ipse nihilomagi una cum iis, qui ei adhaerent, constitutiones conscripserit ac eas, cum neque coram Rege publice prius legendas dederit, propria autoritate, contra solennes protestationes undecim palatinatum praecipuorum, typis excussas promulgaverit.

Hac itaque ex causa nobilitas opere<sup>2)</sup> precium esse iudicavit: eo illorum conferenda esse studia et consilia, ut haec<sup>3)</sup> inusitata dictatura et minus tolleranda praesumptio conscribendarum et publicandarum constitutionum praeter voluntatem et consensum ordinum, ne in malum postea vergat exemplum, abrogaretur omnino. Admonuerunt praeterea Regem, ea de causa ad eum suos mittentes nuncios, et constituerunt hanc ob rem generalem conventum universae nobilitatis, ad decimum sextum Iulii iterum Opatoviae celebrandum in forma Rokosch, ut ea, quae perscripta sunt acta proximorum Comitiorum, annullarentur et cessarentur<sup>2)</sup> universitatis consensu et autoritate. Quo sane et Sigismundus suos mittet nuncios, ut vel bonis modis a proposito abducerentur, aut vi et armis, Cancellario instigante, ad officium compellerentur. Sed et nobilitas, huius machinationis praemonita, non nisi armata conveniet, vim vi, si ita tulerit necessitas, repressura. Quae igitur hoc ex dissidio

consequenter, si vel ratione aliqua illud sopietur, aut si nobilitas con-  
stiterit aut perseveratura sit in suo proposito, successus rei edocebit.

Praedicti palatinatus, qui 4 Iunii Opatoviae convenerant, ad reliquos  
omnes palatinatus ea, quae superius commemorata sunt, perscripserunt.  
Sic igitur consenserunt universi, ut omnis nobilitas conveniret ad diem  
praefixam Opatoviae. Tulerunt etiam legem, ut qui auderet dare census  
nummarium a capite cuiusvis personae, disseicaretur in frusta<sup>b)</sup> utque  
omnia sua bona confiscarentur.

a) *in ms. hac*

b) *in ms. frustra*

z) *sic in ms.*

N. 167.

Cracoviae, 28.VI.1590.

*Ignotus*

*ignoto*

*de nobilibus Polonis incertis, an pax servanda vel bellum contra Turcas  
gerendum sit; de Valachia et Moldavia defendenda; de periculo ex  
parte Moscovitarum [Theodori I] et de Narva ab eis capta.*

*("Avviso")*

*A.M.F. F 4293, f. 464-465.*

Con lettere di Cracovia de 28 Giugno 1590.

Scriva il Signor Zamoyski, quale andò Ambasciatore alla Porta, che  
con il Turco haverà la pace solita, perché il detto Gran Signore ci si  
vede molto inclinato et si scusa della domanda che già fece alla corona  
di Polonia, domandò da quella tributo, però scrive che la Maestà del  
Re li dia subita risposta sopra alcuni particolari denotati; i quali sono  
che, vedendo il Turco travagliarsi in Persia et in barbaria, non li par  
tempo da pigliarla con Polonia.

La nobiltà Polacca fa congresso a Varsavia per terminare, se sia bene  
accettare la pace o seguire la guerra, massime che li Principi di Valacchia  
e Moldavia tengono molto sollecitato il Generale a non perder l'occasione  
di occupare quelle dua provincie, promettendo di mantenere<sup>a)</sup> loro la  
guerra, se il Turco infestassi, quando saranno sotto la corona.

L'opinione dell'accettare la pace o seguire la guerra è diversa.  
Tuttavia, considerando la nobiltà che a far guerra si spenda de loro  
denari, si tiene concluderanno che sia bene pigliar la pace, quando si  
può avere, e quando bisognerà a difesa del Regno far guerra, all'hora  
esporre et la vita e la roba per la patria.

Il Moscovita haveva preso Narva al Re di Sfetia,<sup>2)</sup> che è porto di  
mare molto importante. Et si aspetta iuridicamente alla corona di Polonia,  
però si pensa che i Moscoviti habbino fatto questa presa per incitare  
i Polacchi assai, et con tale incitamento devino muovere la guerra, per  
la quale ne riescì il disegno de Moscoviti stessi di lassarsi soggiogare  
a Polacchi, per venire sotto la Corona liberi et non più vivere in

schiaivitudine<sup>b)</sup> di lor Signore, servendosi adesso del'occasione di haver lo matto, ché forse potria esser più savio questo altro.

Li 16 mila Cosacchi, cavalli alla leggiera, che il Grancancellieri mandò a danni de Tartari, sono passati tanto a dentro e messo a filo di spada tante di quelle bestie, con havere abbruciato molte città e terre di quei paesi, che scrivono al Grancancellieri che se vole si rincorano arrivare sino a Costantinopoli e far di loro bravura impresa tale che se ne debba dire per un pezzo, volendo mostrare che se per causa loro l'anno passato i Tartari vennero a danni di Polonia, che loro soli sono abili a difendere il Regno e farsi temere ne' paesi d'altri. Et perciò pregano il Grancancellieri che gli lassino seguire il corso loro a danni anco del Turco.

Il Re, spedito il congresso, se ne verrà a Cracovia.

a) *in ms.* mantere

b) *in ms.* stiavitudine

z) *sic in ms.*

N. 168.

Varsaviae, 28.X.1590.

*Laurentius Cagnoli*

*fratri suo Benedicto Cagnoli*

*de nobilium erga cancellarium [Ioannem Zamoyski] hostili animo; de pace cum Turcis conclusa; de regis Sueciae [Ioannis III] contra Moscoviam bello in Livonia.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 469.*

Magnifico et Carissimo fratello.

Per avanti v'ho iscritto quanto mi occorreva, et ultimamente mandato Giuseppe, nostro cusino, con replicarmi quasi il tutto, acciò sicuramente fossi avvertito di quanto mi havete pregato. Ho dopoi riceuto le lettere che mi havete iscritto che, secondo la data di esse, tutte mi sono comparse, alle quali non li occorre molto risposta, salvo che mi dispiace non haver saputo prima che il Serenissimo Gran Duca havesse lupi cervieri, perché quelli io non li haria mandati, poiché, oltre la ispesa e fatica, il presente sarà poco accietto. Ho inteso che Sua Altezza desidera un maschio delle gran bestie per causa delle femmine, che quivi vive sono rimaste. Farò ogni opera di haverlo e mandarlo con le regnifere, per le quali ho di già iscritto che di Suesia<sup>2)</sup> mi siano inviate quelle che sono intere, che al loro arrivo qui ve ne darò avviso.

Dopoi qui non è innovato altro, salvo che la Dieta s'è dichiarata<sup>3)</sup> per li 20 Dicembre e di già le lettere d'avviso sino alli XX Settembre si sono ispedite. La nobiltà rumoreggia molto contro il Gran Cancelliere e alcuni altri pochi principali Signori, non per conto di Maximiliano e Casa d'Austria, come li avisi d'Italia iscriveno, ma per causa che il

governo di questi principali Signori non piace, poichè attendeno solo all'util loro particolare et che hanno ottenuto, et altri per havere loro tanti castellanati et rendite da questa Maestà che al Re proprio non li resta da vivere. Per il che si viene a puorre troppe contributioni sopra detta nobiltà, le quali non vogliono consentire, ma vogliono che si pigli le rendite delli starostati et capitanati, e secondo li istatuti loro antichi siano distribuiti in 5 parti, le tre per il Re, la quarta per li affari del Regno, et la quinta per istarostato o capitanato di quel loco. Et poichè Sua Maestà, o perchè poco si sia curato di restare in questo Regno, o per l'importunità di qualcuno di questi principali Signori, le rendite d'una gran parte di queste piazze Sua Maestà le ha conciesse interamente a questo e quello, la detta nobiltà vuole che siano revocate, et che Sua Maestà non possa dare altro che la quinta parte, com'è detto. Le quali rendite, poichè ascendeno a gran somma, Sua Maestà haverà meglio il modo et il Regno sarà meglio provisto.

Dopo l'accordio<sup>2)</sup> tra il Pollacho et il Turco, il Cancelliere per le cause dettovi<sup>2)</sup> prima (imperò con l'ombra dell'occasione di questi romori della nobiltà) ha ritenuto buon numero di soldati a suo proprio soldo, et altri sotto iscusata di non essere pagati li ritiene a sua divottione in questa et quella guarnigione, con gran detrimento di questo Regno. Con li quali, per sua sicurezza et grandezza, doverà assai forte venire alla Dieta per prevalersene a tutte quelle occorrenze di tutto quello che succedere possa, di modo che questa conventtione pare che minacci dover essere molto turbolente<sup>2)</sup> o quasi che pieghi la piega di qualche controversia civile.

Li dispareri di Suesia tra quel Re et la nobiltà si vanno pacificando, e si spera di breve habbino da essere del tutto accomodate. Imperò in quel Regno si fa buon preparazione di gente contro il Moscovito et di già in Livonia n'era passato X mila tra cavalli e fanti, dove si doveranno tratteneere sino allo arrivo del resto dell'exercito. E non occorrendosi li commissarii che dall'una e l'altra parte sono su le frontiere per trattare di pace, doveranno passare in Moscovia a danni di quelle parti, sì come di già havevano rovinato un riparo nuovamente fatto dal Moscovito vicino alla bocca del mare, su la riviera che va alla Nerva, per impedire il passaggio delle navi et barche a quella città.

Le lettere, che io vi scrivo, non ve le mando per la via di Praga, nè dirette a chi mi havete ordinato, perchè da quella parte più che per altra istrada, è da temere che si ismarrischino, e maxime con coperta a persona di qualità e segnalata, le quali da questo o quello le lettere più facilmente sono trabaldate, per isperanza di poter intendere qualche nuova o cosa di molto<sup>2)</sup> importantia, sì come è solito di iscriversi a quelli che risiedono in qualche hautorità, o che rapresentano la persona di qualche Principe. Per il che attenderò dunque a mandarvele all'hordinario,<sup>2)</sup> quando ben dovessero giungere alquanto più tardi, purchè capitino sigure, sì come fino a qui credo habbiano fatto. Et non mi occorrendo dirvi altro, con questo faccio fine pregando Dio per ogni vostro contento. Di Varsovia alli XXVIII Ottobre 1590.

fratello carissimo Lorenzo Cagnoli.

a) *sequitur expunctum*: altro

z) *sic in ms.*

*Ignotus**ad rei memoriam*

*protestatio contra contributionem capitalem dictam in conventu Srodensi facta.*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 470-471.

In conventu Srzedensi Posnaniensis et Calisiensis palatinatum, die secunda mensis Iulii indicto atque coepto et tercio finito, haec, quae sequuntur, acta et constituta in Polonico sermone, in Latinum de verbo ad verbum translata, ubi plus proprietati sermonis quam Latinae phrasi datum esse oportuit.

Nos, consilarii, proceres ac equites Posnaniensis et Calisiensis palatinatum, qui huc Srzodam iuxta datam inter nos fidem convenimus, significamus tam universis quam singulis, quorum interest, quod a nonnullis eam noticiam Dominis nostris delegatis nunciis, qui ex medio nostrum ad proxime praeterita Comitia Regni delecti et missi fuerant, habentes, qui et hic quamvis non omnes se sisterunt, quod decreta contributio haec a singulis hominum capitibus, ut appellatur, ratione validae et cito expeditae contra Turcam defensionis, fuit contra voluntatem et concessionem nostram facta, sic et constitutiones sive leges nunc promulgatae iam post expirationem praefiniti Comitiorum temporis, legibus sive constitutionibus Regni praescripti et specificati, citra assensum, imo et scitum nunciorum, tumque praeterea consideratis et bene perpensis eis constitutionibus, quae a nonnullis nunciis factae sunt, tam ex his nostris, quam diversis aliis palatinatibus, et contra eam dationem sive contributionem capitalem, ut vocant, et contra eas ipsas nunc promulgatas et sancitas constitutiones sive leges; volentes igitur, ut ea, quae non ex unanimi omnium assensu facta et constituta sunt, nec suum sortiantur effectum, neque pro lege habeantur aliqua, tumque impediendo Capitaneorum executionem contra eos, qui dationem capitalem, ut vocant, non solverent, hoc mutuo et unanimi consensu vigore huius conventus inprimis hoc nobis praecaveramus:

Primo omnium, ne in <sup>a)</sup> ..... esset pessimi exempli, ut quae non ex libero et communi, tam Senatorum omnium, quam nunciorum terrestrium sive provincialium consensu et voluntate fiunt, pro rata et firma lege haberentur, quandoquidem et priorum et moderni Serenissimi Regis coronationis constitutio, talia ne fierent, [prohibent] <sup>b)</sup> et aliter de iis disserunt. Ideo talia omnia, non unanimi consensu facta, pro ratis haberi non possunt nec debent, imo vicio nullitatis subiacere debent. Siquidem tempore suo praedefinito Comitiorum et u[sque ad eo]rum conclusionem ea, quae statuuntur, ad Serenissimam Regiam Maiestatem rite conscripta in praesentia universi Senatus et nunciorum omnium provincialium adferri et recitari debent, etiam cum solenni interrogatione, utrum de unanimi omnium et singulorum assensu ea fiunt. Itemque publice perlegi, subscribi et sigillo Regni obsignari, et sic in Cancellariam per certos ex nunciis ad id deputatos deferri.

Quae omnia cum non sunt ita executata factaque, lex ea ipsa coronationis, si nil superesset amplius factum, rescindit et eiusmodi constitutionibus prohibet subiaccere vel ei <sup>1)</sup> obnoxios esse. Quapropter ne executio earum per locorum Capitaneos fiat, et pauperes miserosque subditos nostros eius plus quam barbaricae sive paganicae et nunquam auditaee contributionis ne extendatur sive exerceatur, qua angariarentur seu affligerentur, id nobis praecavimus. Ut si quis Capitaneorum vel eius substitutus iuberet sive curaret aliquem nobilium ratione non extraditae contributionis capitalis in ius vocare, promittimus ac spondemus id nobis autoritate praesentis nostri conventus omnes nos cum tali ad ius vocato, postquam is id ad nos retulerit, ad praefixum ei terminum omnes et singulos adfuturos et non admittere ratione istius capitalis dationis ullum fieri iudicium.

Quod si officium capitaneale ab eiusmodi iudicio nolet supersedere et in citatum executionem vellet extendere, ex nunc omnes contra talem iudicem consurgemus et ei citato nec nobis ipsis vim eam inferri patiemur, alter alterum iuxta exemplum aliorum N. palatinatum non deserens.

Hoc itidem nos facturos recipimus, si quis ex nobilitate mandato Regiae Maiestatis in ius vocaretur ratione laudi praesentis sive conventus, vel ad conventum Regni, sive post curiam ad praesentiam regiam, omnes nos ad praefixionem eiusdem termini cum citato venturos et ibi comparaturos.<sup>2)</sup> Et ad Magnificum Dominum Generalem mittendum, ut ab executione istius dationis capitalis omnino supersedeat. Alias extrema cogemur tentare. Et quoniam exactores huius contributionis horum palatinatum munus hoc exigendi contra voluntatem nostram acceptaverunt, ideo huius conventus nostri autoritate statuimus et decernimus, ut omnino iam ab ea contributionis capitalis exactione supersederent sive abstinerent.

Quod si quis eorum adeo pertinax in eo esset, ex tunc contra eum, tanquam destructorem et violatorem publicae libertatis, nos omnes in genere hostili modo consurgemus et ad officium capitaneale, ut neminem ex nobilitate ob non solutionem deferant. Quod si Sua Maiestas Regia conventus particulares ante generalem, ut moris et iuris est nostri, indiceret, ex tunc omnes et singuli promittimus hic Szodam venire et conventui interesse. Simili ratione et ad proximum conventum pro eligendis et deputandis iudicibus Tribunalis Regni assignatum. Quod si quis ad eiusmodi conventus stipatus cohortibus, heiducis et aliis peditibus militum, [sive] externo armatus milite venire auderet, id <sup>3)</sup>... tanquam contra violatorem legum et statutorum nostrorum consurgemus, id est armis eum aggrediemur.

Et quoniam iudicio omnium sic necessarium habetur, ut palatinatus omnes sive provinciae Maioris Poloniae cum reliquis communicent <sup>4)</sup> consilia sua, igitur laudo communi praesentis conventus assignamus nobis conventum in oppido Kolo pro die festi Laurentii proximo, ita quod ad omnes Maioris Poloniae palatinatus nostros ablegatos expedimus, ut ad diem praefinitam una nobiscum conveniant atque ibidem id, quod salutare Reipublicae libertatique nostrae consentaneum videbitur consilium, mutua habita cointelligentia atque consensu, caperetur. Cum vero nonnulli, tam ex Dominis consiliariis, quam ex ordine equestri huc ad conventum praesentem Szredensem se non sisterunt, praecaventis, ne aliqui domi suae latitent, imo omnino ut nemo se subtrahat, hoc est ne absentia sua factum nostrum inficiatur, ideo decernimus autoritate praesentis

conventus, ut quilibet eorum ad diem praeassignatam in oppido Kolo, imo omnes in genere, nullo excepto, adesset sub ea fideiussoria sive obligatione verbi, sive promissi militaris.

Qui vero se non sisteret seu adesse nolet,<sup>z)</sup> ex tunc poenae sive multae eum subisse oportebit, quae in eodem oppido Kolo mutuo omnium assensu constituta et promulgata fuerit, etiam cum aliis palatinatibus ea de re communicantes.

Quae omnia sibi invicem integre conservare et manutenere suis verbis militari sponsione sub fide, tam in toto quam in parte pollicemur, elevantes sursum binos digitos (id est forma iuramenti militaris praestiti), nullum inter nos causae huius principalem sive authorem habentes. Quod nostrum omnium hoc unanime et commune constitutum et sancitum mandavimus sive commisimus certis ex nobis delectis personis ad libros Actorum publicorum utriusque palatinatus ad inserendum et inscribendum deferri, ut omnibus, quibus interest, ea res ad noticiam devenire possit, et in cuius fidem et maius testimonium tam ex senatorio quam equestri ordine elegimus certos, qui praesentis huius facti nostri scriptum hoc, tam ex Posnaniensi quam Calisiensi palatinatu, subscribant et sigillis obsignent. Actum et datum in conventu Szredensi die 3 mensis Iulii anno Domini 1590.

Hunc in modum reliqui palatinatus Regni Poloniae omnes protestati sunt.

a) aliqua verba ob lacerationem chartae non leguntur. c) in ms. communirent

b) hic in charta foramina notantur.

z) sic in ms.

N. 170.

Cracoviae, [1590?]

*Ignotus*

*ad informationem magni ducis Etruriae*

*de recognitione tituli "Serenissimi" magno duci Etruriae [Ferdinando I] a rege Poloniae [Sigismundo III]; de commercio grani et farinae in portu Gedanensi.*

*("Avviso")*

*A.M.F. F. 4293, f. 473-474.*

Copia di dua capitoli venutomi scritti da nostri di Cracovia.

Il Re ha mandato il Signor Castelano di Podlacz dal Grancancellieri per terminare, se si deve tenere Dieta quest'anno, et stabilire a che tempo. Et perché questo Signore è mezzo amico di Messer Sebastiano, lui li ha dato il carico di negoziare anco con il detto Grancancellieri. Il titolo di Serenissimo per il nostro Gran Duca non volendo il Re farlo senza il consiglio del Grancancellieri, et per l'istanza che del continuo ne faccia Messer Sebastiano, la Maestà del Re è inclina, ma, com'è detto, ne vole

il parere del detto Grancancellieri, et se voi haveste mandato quella lettera che dite del Re Stefano, sarà a quest'ora superato tutto, tenendo pur per fermo che quello [se] non inpetrerà il Maggiore nostro, non lo potrà manco ottenere qualsivoglia altro, havendoci in ciò raccomandato anco la Serenissima Regina. Però procurate d'haver quella lettera del Re Stefano e mandarla.

Quanto al particolare di grani che ricercate voi, si dice che quest'anno il raccolto è stato raggiunto sì come poche volte fallisca, et se per il bisogno di costà haveste fatto resolutione, a tempo che parlassi con il Tornaquinci e Signor Riccardi di questo negotio di spedir subito, senza dubbio che saria riuscito a tempo oportuno, ma ormai non so veder modo che quando ben si resolvessino si possa sperare di havere spedito il gran di Danzica per tutto Settembre. Tuttavia se la stagione andassi bona, si potranno quei mari tener per sicuri, non sendo finalmente il puleggio travaglioso che di sei giornate, a ben che questa discretione l'habbia dal vostro discorso sul libretto vi rimandai. A giuditio mio la diritta sarebbe stata, come ben dite voi, di havere ordinato a Lon...<sup>a)</sup> che havessimo mandato 4 o 6 nave a pigliare i formenti et sopra quelle nave haver lo carico per Livorno a dirittura, perché se si dovessi caricare sopra nave fabbricate a Danzica per Inghilterra, Lisbona o altro luogo di Spagna, e poi ricaricarlo sopra vasselli navigabili per cotesti mari, saria troppo tranbusto.

Pure in caso necessitato, come mi figurate il bisogno di cotesto stato e di tutta Italia, mette conto fare ogni strema diligenza, concernendo al vitto humano.

Del'esser questi grani teneri, come di costà fate congettura,<sup>z)</sup> mi pare più termine di filosofia che verità, nè ritragha per ciò che al modo di raviarlo qua, come sapete, si conserva 4 e 5 anni nelle spighe. Così abarcasti et in somma questa tengo la manco difficoltà. Il prezzo che havevo dato di fl. 40 a 50. Il lasso è quello havete nel vostro libretto, ma dovete sapere che l'anno passato valsono manco di fl. 34 a Danzica. E perché quest'anno si sente la Spagna non haver bisogno, forse che non varrà tanto. Ma, come sapete, li grani si conducano a Danzica nel tempo che si disfanno le nevi et che le fiumare coronano. Tuttavia per una poca quantità che ne potessi bisognar costà, in Danzica vi se ne troverrà ne' magazzini da conperare, che pur anco credo che haviate l'ordine di Danzica nel vostro discorso.

Le segale sono veramente più sicure, et delle farine non so già se quantità macinate vi se ne trovassi, ma se havessi previsto per tempo, si saria possuto farne macinare e mettere nelle botte. Il Maggiore si trova a Varsavia alla Corte, però non vi maravigliate se non vi scrivo. Et per havere intera informatione di questo negotio non ci è meglio che Messer Giovanni Stedalli, quale si aspetta qui in breve da Danzica.

Il Cecchi ancora lui n'è informatissimo, ma da lui so che ne havete tutto il particolare, mentre era qua, così da Messer Pietro Carovella, agente.

La navigatione non è spaventevole, come costà si crede, per quelle ragioni che voi meglio di me havete terminate sul vostro libretto in discorso.

a) non legitur.

z) sic in ms.

*Ignotus**ignoto**argumenta in proximo conventu Varsaviensi tractanda.**(Exempl.)**A.M.F. F. 4293, f. 475.*

Capita propositionis in proximis Comitiiis Polonicis ad 3 Decembris 1590 Warsaviae habendis.

Ad diem tertiam futuri mensis Decembris Conventum Regni Polonici generalem Warsaviae habendum iam esse indictum Illustris Dominatio Vestra, ut existimo, ex aliis intellexit. Quem antecedent provinciarum, quos particulares vocant, in omnibus Maioris Poloniae palatinatibus pro tertia die Novembris conventus celebrandi. Quae vero in eis tractanda a Sigismundo Tertio proponuntur, cum a viro autoritate non postrema et integerrima illa habeam significata, perscribenda ea Illustri Dominationi Vestrae existimavi.

Primo, graviter eum ferre, quod quorundam turbatorum et rebellium hominum opera artibusque eo res sint adductae, ut nuper praeteriti conventus omnia acta, constituta et sancita in dubium vocentur. Hoc ne fiat, sed quae semel autoritate conventus Regni sunt sancita, firma et inviolabilia atque sacrosancta maneant, in eosque, qui talium se praebent autores turbarum, graviter animadvertatur.

Secundo, qua ratione pax cum Turcio <sup>2)</sup> Imperatore, eam vim non reuente et multo faciliores condiciones quam antea proponente, haberi et constitui debeat.

Tertio, ne a Tartaris Regnum infestetur, unde donativum (quod tributi speciem habet, quamvis alio nomine vocitetur) haberi et conquiri queat.

Quarto, quomodo aliis periculis Regno imminentibus obviari possit.

Quinto, unde mercenario militi sint persolvenda stipendia, quae iam trecentorum florenorum milium sumam <sup>2)</sup> excedunt, ne simili ratione occupent invadantque bona et possessiones regias exemplo aliorum militum, qui Cracoviae ante et post electionem habebantur, qui praefecturam Samboriensem valde locupletem occupaverunt. Quibus etiam ipsis solutio stipendiorum decernatur, et unde accipienda sit, statuatur.

Sexto, quoniam turbarum istarum in Regno excitatarum originem et causam esse quarundam insignium familiarum personarumque privata inter illos odia atque simultates notum sit, ideo ut ea quoque tanquam lues Reipublicae expurgentur <sup>1)</sup> et expellantur.

Septimo, qua disciplina Nisovienses Kosaci instituendi et retinendi et unde illis stipendia persolvenda, ne sint causa turbandae publicae pacis cum Turcio Imperatore.

Ultimo, ut quae in aliis conventibus, iam habitis, et in hoc proximo non potuerant concludi et in effectum deduci, sed per recessus Comitiorum in aliud tempus reiecta sunt, iam tandem in his finem habeant atque de iis nunc definitive decernatur statuaturque.

a) in ms. expurgantur

2) sic in ms.

*Ignotus  
ignoto*

*de audientia a rege [Sigismundo III] oratori imperatoris [episcopo Vratislaviensi Andreae Jerin] concessa et eiusdem oratoris oratione in Senatu habita, praesentibus: episcopo Culmensi [Petro Kostka] et palatino Lanciensi [Stanislao Miński]; de replica cancellarii [Ioannis Zamoyski] contra archiducem Maximilianum; de gratiis ab archiepiscopo Gnesnensi [Stanislao Karnkowski] actis; de palatinis: Cracoviensi [Nicolao Firley], Vilmensi [Nicolao Christophoro Radziwiłł], Ravensi [Stanislao Gostomski], de mareschalco [Andrea] Opaliński, castellano Podlachiae [Martino Leśnowolski], thesaurario [Ioanne Firley], qui omnes cancellario favent; de proximo itinere cardinalis [Georgii Radziwiłł] Romam; de episcopo Premisliensi [Adalberto Baranowski]; de referendario Tarnawski.*

(“Avviso”)

A.M.F. F. 4293, f. 476.

Di Varsavia alli 18 di Dicembre 1590.

Il Signor Ambasciatore Cesareo hebbe audienza alli 13. Levato di casa et accompagnato dal Vescovo di Culma e dal Palatino di Lancicia, con honoratissima compagnia in nome del Sueco, Sua Signoria Illustrissima si portò molto bene nell'oratione che fece in publico Senato, con sodisfattione di tutti, eccettuando il Cancelliere, al quale non piacque la proposta che si dovesse annullare la constitutione che escludeva il Serenissimo Massimiliano, et la querela di quelli che andavano inventando calunnie contra la Maestà Cesarea et gl'altri Serenissimi Principi, che haverono cercato di turbare la pace tra Pollacchi e'l Turcho. Fu risposto amorevolmente dal Vicecancelliere in nome del Sueco, dicendo che quanto prima gli saria dato risposta a tutti i capi proposti. Et l'Arcivescovo di Gnesna rese gratie a Sua Maestà Cesarea in nome di tutto il Senato. Et fin ad hora non hanno dato altra risposta.

Le cose della Dieta si vanno ogni giorno più intrigando et il Cancelliere, per travagliare l'Arcivescovo di Gnesna, fa pratiche con i Nuntii terrestri, perché gli opponghino che habbia pratiche con l'Imperatore et che habbia mandato huomini suoi in quella Corte, et che in conformità habbia il Sueco segretamente promesso di dar la sua sorella per moglie a un fratello di Sua Maestà. Col Cancelliere sono uniti il Palatino di Cracovia, quelli di Vilna e di Rava, il Maresciallo Opalinski, il Castellano di Podelachia<sup>2)</sup> e'l Tesoriero. Non è ancor partito il Cardinale Radziwil per Roma, ritenuto dal Sueco per aiutar le sue cose in questi Comitii, e tuttavia dice voler partire fra 2 o 3 giorni.

Poscritta. Su la notte mi viene referto che trattando il Vescovo di Prosmilia,<sup>2)</sup> nominato il<sup>2)</sup> Vescovado di Ploscha, di cedere il sigillo di Vicecancelliere, il Cancelliere procurava detto officio instantemente per un suo dependente, et pretendeva che il Sueco gnene<sup>2)</sup> avesse promesso. Il quale gli rispose apertamente che voleva darlo a persona sua, amorevole et confidente, et ch'egli era il Re. Al che rispose il Cancelliere, alterato, ch'era ben Re, ma non tiranno et che esso era nobile e non servo della Maestà Sua. Et multiplicando in altre parole, il Re messe mano

alla spada, ma interponendosi i Senatori, egli si ritirò alla Camera, et non seguì altro.

Delli XIX detto.

La nostra aderenza ha superato l'inimico di tal sorte, et s'è partito con vergogna di Varsovia et ritiratosi 12 leghe lontano a un luogo chiamato Agarvolin, et la cosa è passata in questa maniera: stando continuamente l'Arcivescovo di Gnesna con molta assistenza, intento a tutte le occasioni et havendo prima concluso il tutto con gl'adherenti fra i quali si può dire, che fusse il capo il nostro Signor Niccola Casimirschi di Biberstain, hanno di tal sorte guadagnato l'animo del Sueco, ch'egli si fida interamente dell'Arcivescovo e del Cardinale Radzivil et insieme dell'altri adherenti, a quali ha fatto intendere alle volte segretamente che stieno saldi nel loro proposito, et che tutto si farà in favor loro et in questo si adopra assai il Nuncio Apostolico, et havendo il Re promesso di dar il sigillo, et officio di Vicecancelliere a un prete nobile, chiamato Tarnavski, che hora è Referendario, huomo da bene et savio et inclinato alla parte nostra. Il Cancelliere udendo questo s'oppose, dicendo al Re, che Sua Maestà non poteva dar quell'officio ad altri, che a quello ch'egli proponeva, havendoglielo promesso. Il Re rispose non si ricordare di haverli fatto tal promessa et su questo moltiplicarono tanto in parole piene di sdegno, e rispondendo più volte il Cancelliere altieramente, il Re levatosi con furia dalla sedia, messe mano alla spada, ma subito corsero là il Cardinal Radzivil et gl'altri senatori, i quali condussero il Re nel suo palazzo et il Cancelliere si partì di Varsavia, non havendo possuto prima ottenere audienza dalla Reina. Il Palatino di Cracovia, il Podlaschi et gli altri adherenti del Cancelliere sono restati in molta disgratia del Re e del Senato.

z) sic in ms.

N. 173.

Varsaviae, [post 13.XII.1590].

*Ignotus*

*ad rei memoriam*

*refert breviter orationem, ab episcopo Vratislaviensi [Andrea Jerin], imperatoris oratore, praesente rege [Sigismundo III] et ordinibus Regni, habitam.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 477.*

Contenta legationis, nomine Caesareae Maiestatis per Reverendissimum Episcopum Vratislaviensem expositae in conventu Regni generali Warszaviensi coram Regia Maiestate et<sup>a)</sup> ordinibus Regni die XIII Decembris anno MDLXXXX.

In primis Regiam Maiestatem et ordines nomine Caesareae Maiestatis amice salutavit omniaque foelicia precatus est. Postea exhibuit litteras binas fidei: unas ad Regem, alteras ad ordines Regni scriptas Pragae die 16 Novembris. Quibus litteris publice lectis, exposuit sequentia:

Videlicet Caesarea Maiestas pro ea necessitudine et amicitia, quae ipsi et Domui Austriacae cum hoc Regno intercedit, quam etiam Maiestas Sua perennem esse cupit, ad conventum praesentem misit eam ob causam, ut constans pax, tranquillitas et concordia inter Regna et dominia Maiestatis Caesareae ac Regem et ordines universumque hoc Regnum conservetur, cuius conservandae cura Caesareae Maiestati, uti primo inter Principes christianos, pro celsitudine ipsius immensa<sup>b)</sup> merito incumbit. Hac<sup>c)</sup> sinceritate cum Maiestas Caesarea utatur et pacem ab antiquis temporibus inter Regna et dominia sua ac Regnum hoc constitutam, nuperque renovatam, firmam esse et continuare cupiat, sperat sane Regi et ordinibus hanc suam benevolentiam gratam fore eosque vicissim ea, quae pro hac benevolentia ex parte sua praestanda sunt, praestituros.

Illibenter autem intellexit Caesarea Maiestas ea, quae in proximis Comitibus, sine aliqua legitima causa et, ut asseritur, sine consensu ordinum, paucorum tantum opera de exclusione fratris Caesareae Maiestatis Maximiliani et totius Domus suae constituta sunt. Qua re gravis iniuria Domui<sup>d)</sup> Austriacae, semper huic Regno optime affectae, illata est. Nec frater Suae Maiestatis id meritis est de Rege et Regno hoc, siquidem iuramentum non simpliciter praestare detraxerit, sed ad aliud tempus et meliorem deliberationem distulit eiusque rei causas habuit graves, eam vero praecipue, quod conditiones novae et durae, ultra praescriptum transactionis et contra voluntatem Regis et ordinum, ipsi oblatae sunt, ad quas non tenebatur. Potuisset tamen Caesarea Maiestas fratrem suum interim ad id iuramentum adducere, si aliter cum ipso actum fuisset. Sed obstante hoc statuto exclusorio, id praestare non potuit. Si vero id abolebitur et ex libro legum expungetur, id adhuc non erit difficile Maiestati Suae praestare. Et quoniam hoc statutum mutuae amicitiae et bonae vicinitati repugnat, adeoque aequitati ipsi est contrarium, cum nulli Principes, quamvis remotissimi, ab electione excludantur, petit Caesarea Maiestas, ut beneficia Domus Austriacae universae Christianitati praestita, quae adhuc indies praestantur, quorum etiam bona pars ad Regnum hoc redundat, considerentur iuriumque ac necessitudinum mutuae amicitiae et bonae vicinitatis, tum etiam pactorum antiquorum, quae nuper renovata sunt, ratio habeatur, statutumque illud exclusorium abrogetur.

Quod si factum fuerit, dabit Caesarea Maiestas operam, ut haec omnia ad prosperum exitum perducantur. Deinde etiam Maiestas Caesarea queritur graviter de calumniis contra Maiestatem Suam sparsis et divulgatis, quod<sup>e)</sup> videlicet Maiestas Caesarea pacem cum Turca constituendam impedire voluerit et irritam reddere per nuncium suum curaverit; quod etiam per Moscoviae Ducem Tartaros in hoc Regnum immiserit; quod Lubowliam arcem per militem suum Ungaricum occupare conata sit; quod etiam hoc tempore militem contra Regnum hoc conscribat. Quae omnia numquam Caesareae Maiestati in mentem venerint et gravis iniuria eo nomine Maiestati Suae fiat, siquidem Maiestas Sua semper pacem Turcicam et alia omnia Regno huic felicissime evenire optavit. Idcirco Maiestas Sua petit auctores et divulgatores harum calumniarum puniri fidemque calumniis<sup>f)</sup> illis non adhiberi.

Hac legatione per Reverendissimum Episcopum Gratzslaviensem<sup>g)</sup> exposita, Reverendus Vicecancellarius Regni nomine Maiestatis Regiae

respondit: Gratam esse Regiae Maiestati hanc salutationem similiterque Maiestatem Regiam officia et benevolentiam suam Caesareae Maiestati offerre omniaque felicia et fausta Maiestati Suae omnibusque dominiis ipsius precari. Ceterum, quod ad legationem ipsam, quoniam ea talis sit, ut de eis, quae nomine Caesareae Maiestatis deposita sunt, necessum sit Regiam Maiestatem cum ordinibus Regni conferre et deliberare, ideo Maiestatem Regiam cum ordinibus de ea deliberaturam idque curaturam, ut Dominus Orator cum responso convenienti ad Maiestatem Caesaream remittatur.

Tandem et Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Gneznensis nomine ordinum gratias Caesareae Maiestati egit pro salutatione et foelicis successus precatione ordinumque studia et obsequia Caesareae Maiestati commendavit.

a) in ms. in  
b) in ms. immentia  
c) in ms. haec  
d) in ms. Domus

e) in ms. quad  
f) in ms. calumnis  
z) sic in ms.

N. 174.

Varsaviae, 15.I.1591.

*Ignotus*

*ignoto*

*argumenta in comitiis Varsaviensibus tractata.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 478.*

Di Varsavia alli 15 di Gennaro 1591.

Mi par di ragionar con Vostra Signoria, quando le scrivo, e però le scrivo tanto più volentieri, seben non so niente. Questa Dieta si strigne mirabilmente e fin qui non si sa alcuna cosa di certo. Tutta la somma si reduce in quattro capi. Il primo: della pace col Turco e di mandargli il presente. Il secondo: della provisione per l'intrattenimento del Re e della sua tavola regia. Il terzo: della paga de soldati e di licentiargli. Il quarto: della annullatione o confermatione della Dieta passata.

Ne' primi articoli convengono assai. Vogliono che zibellini siano mandati in nome del Re, et non del Regno. Vogliono che il Re viva regiamente et che si serva di quei beni che sono assegnati per la tavola regia. Vogliono che i soldati siano licentiati e pagati, ma non sanno trovar il modo da far denari. Nell'ultimo articolo sono diversi pareri. Alcuni vogliono la totale annullatione della Dieta passata, altri una confermatione particolare. Et non potendosi concordar la cosa, o si passerà con protestatione, o si sospenderà per via di recesso alla prossima Dieta, et da questo ultimo articolo dipende ancor la nostra speditione, la quale speriamo dover avere in due o tre giorni.

*Hic sequitur in archivo documentum, qui ad Poloniam non attinet.*

*Ignotus*[*ad usum Ferdinandi I magni ducis Etruriae?*]*refert de litteris, quas Gasparus Kornis a [Sigismundo Bathoreo] principe Transilvaniae excepit.**(Exempl.)*

A.M.F. F. 4293, f. 480.

Cassoviae litterae 13 Decembris scriptae fuerunt, in quibus affirmabant nostros Transilvanos Nicopolim usque penetrasse. Sed 14 scriptae certius rem exponunt. Transmissum etiam ad me est exemplum litterarum ipsius Principis Transilvaniae, quas Domino Gasparo Kormz prima Decembris Varadinum scripsit. Summa earum: exercitum suum, quem in Transalpinam Walachiam misit, feliciter rem gerere. Arcem Vraila et castellum Zurnok capta esse. Arx Giorgio primo impetu capi non potuit. Turcae magno numero caesi, oppidum arci adiunctum vi captum, magna pars incendio deflagavit. Comeatus quoque magna pars, quem ingentem in belli usus Turca eo comportarat, incendio absumpta. Ita his gestis, pars exercitus Danubio traiecto ad oppugnandum Orozcik, altra Nicopolim versus profecta est. Quingenti Tartari per Transalpinam tentantes reditum in patriam, omnes ad internationem caesi. Dominus Franciscus Gezti cum suis est prope Themesvarinum. Exemplar litterarum fuit a Domino Gasparo Konis Cassoviam missum.

*Ignotus**ignoto**conditiones archiduci Ernesto propositae et querelae regi Sigismundo aliisque factae.**(Exempl.)*

A.M.F. F. 4293, f. 481.

Conditioni proposte al Serenissimo Arciduca Ernesto di commissione del Re Sigismondo III di Polonia per il Conte Goddavo et Bradero.

1. Ch'egli rinuntia integralmente Livonia, con conditione però che Sua Altezza annualmente enumeri al Re in vita sua l'entrate di quella.

2. Sia tenuta Sua Altezza parimente di dare a Sua Maestà tutta la somma Barensè.

3. Similmente per la successione Lituaniense et Masoviense ogn'anno paghi a Sua Maestà fl. 10.000.

4. Sia tenuta Sua Altezza doppo la morte della Regina vecchia di dare a Sua Maestà tutti i mobili di essa.

5. Che habbi perpetua pace Sua Altezza con il Re di Suetia et sia sempre congiurato con Sua Maestà contra il Moscovito.

6. Sia tenuto Sua Altezza di pigliar per moglie l'Infanta Anna, sua sorella.

7. Di più sia tenuta Sua Altezza di dar provisione a tutti quelli che sua Maestà li darà in nota.

Querele.

1. Querelano Sua Maestà c'habbia fatto male a ricever duramente gl'Ambasciatori di Livonia et di haver messo alla stampa la legation loro.

2. Di più ch'habbi fatto male, volendosi maritare, non haver ordinata una Dieta publica.

3. Che Sua Maestà habbi dato parola ad alcuni Senatori di volersene ritornare in Suetia.

4. Si accusano Schimeschi et Bradero d'haver trattato di dar il Regno all'Arciduca Ernesto.

5. Di più accusano il Marescial Radzivil che, sotto spetie di trattar matrimonio, habbi trattato altre cose con l'Arciduca Ernesto.

6. S'offerisce Giovanni, Gran Cancelliero, in confirmatione del vero nelle future Comitie, di mostrare le lettere propicie di Sua Maestà, per le quali ha trattato la ressignatione del Regno al sudetto Ernesto.

7. Mostrerà parimente lettere d'alcuni Senatori, scritte al Vescovo di Vratislavia, di dar più tosto il Regno a Massimiliano che ad Ernesto.

8. Ammoniscano il Gran Marescial a voler custodire gli stranieri ch'hanno havuto maneggio in questo negotio, sino alla prossima Dieta che si farà.

9. Di più protestano contro i Custodi del sigillo di doverlo molto ben custodire.

10. Avvisano ancora gli Signori Officiali del Regno ad essere cauti in non dar alcun servitio a esterni.

11. Protestano di più contro la Regina e sua madre, che si come non hanno saputo cosa alcuna del contrattar le nozze, così non vogliono saper nulla delle già contratte.

12. Si dogliano oltre che Sua Maestà habbi violato il tesoro non solo con chiavi ordinarie, ma anche con prohibite.

13. Ammoniscono il Capitan Ravense che custodisca il quartale.

N. 177.

*Stockholmiae, 13.X.1593.*

*Ignotus*

*ignoto*

*descriptio itineris Sigismundi III regis Poloniae in suum Regnum Sueciae.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 482-483.*

Per aiuto et gratia del'Omnipotente Idio essendo arrivati a Stokolmo, prima città della corona di Suetia, in quale troviamo tutti sani et io, meschino, non posso di dire del pericolo di mare ch'io ho patito et visto. Dirò pur a Vostra Signoria, confidandome con lei, che lo aviso in com-

pagnia del Signor Owadowski, al quale separato scrivere non ci è tempo, et ancora si saperà dagli altri. Io solo a certi particolari scrivo.

In Danzaca,<sup>2)</sup> Dio sa con quanto pericolo, habbiamo comportato le nostre persone da tomolto di cotestà città, il ciò tutto è noto e pieno in la Corona di Polonia. In qual tomolto, seguito a 2 di Settembre et poi a 9 di Settembre, Sua Maestà s'è partito da Danzica verso Lantenna<sup>3)</sup> et lì vi se risolse in un logiamento di aspettare bon tempo. Ma io ho cominciato star e dormire in su la nave nel mare. Addì 16 di Settembre Sua Maestà entrò nelle<sup>2)</sup> nave di Holandesi, la quale mioglier<sup>3)</sup> era che quella di Suetia. Si chiamava Tobias, et così racomandandosi al Signor Idio, habbiamo alzato le tele per andare ala volta di Suetia, a una città o castello Colmark. E stati<sup>2)</sup> tutte le nostre nave<sup>3)</sup> cinquanta sette, sì come io ho ricontati, et come li altri, 58. Io sono montato sula nave del Re appresso persona del Re. Appresso di me sono stati solamente dui ragazzi. Sì come la Maestà Sua ordinò pure ho tolto mecho letto mio et alquante cosette, et ancora ho tolto quella mia casettina. Il ciò ho fatto molto bene, et resto delle cose mie, casse, vestimenti et altro, insieme con li servitori, era in su la nave de Suedesi di buona grandezza, el quale si chiamò il Lupo. Sopra quale era Monsignore Gavcinski, Signor Niemoiewski, Signor Kielczewski e alquanti altri. Con dilettevole risguardo et non piccolo contento nostro a veder tutte quelle nave con le tele spiegate nel'alto mare, con le bandiere tutti insieme in contorno di tutte quelle nave abbracciarono da una legha di mare, ma essendo predestinati alquanti di quella compagnia di quella fortuna anegare, non durò buon vento, se non a mezza notte. Dapoi venne il vento contrario, con il quale andassimo tutta la notte.

La mattina seguente di giorno non tanto contrario, ma contrariissimo, che alcune nave non potevano più resistere, bisognando aiutarsi dove chi poteva. La Maestà Sua era portato a un luogo cinque leghe da Danzica, chiamato Hel, et havendo lasciato le ancore altri son andati o tornati a Danzica indietro, insieme con tutti pedoni di Sua Maestà, in sopradetto castello. Arrivati che erano le Maestà loro insieme con la Serenissima Regina, smontorno in terra et non vedendo il mare quieto, dubitorno che le ancore non potessin tenere. Per questo smontorno in terra. Ivi aspettavano che le nave dispartite si venissino insieme. A 23 Settembre per la notte integra semo stati apparecchiati per poter fare il nostro desiderato viaggio. Pensando che'l vento durassi stabile, la Maestà Sua con la sua Serenissima consorte di nuovo montorne<sup>2)</sup> le loro predette nave, molto a buon'ora, et hanno spiegato le loro vele, tutto il giorno caminando et tutta la notte seguente et secondo giorno ancora, ma non era possibile di potere maneggiarsi con le nave. Bisogniava da Colmarco andar risolversi a Stokolmo, con gran difficoltà passando appresso un paese Gottland del Re di Danemark. Dove il Ambasciatore con alquante nave della compagnia, con ancore lasciate, vi restorno, et noi se forzassimo con li venti. E quanto più tanto pegiorava, che così a 26 di Settembre, di domenica a lunedì, se levò il vento acompagniato con 4 altri, si chiama Sturm, il quale suol mettere le nave in fracasso. Non piccolo spavento fece di vita nostra. Quis cladem<sup>3)</sup> illius noctis, quis funera fando explicet! Durò la burrassa<sup>2)</sup> della fortuna contraria insino la mattina, alquante hore al giorno, et essendo verso il mezzo giorno non tanto cominciò a cessare, hanno cognosciuto li marinari che non troppo lontano erano dalle<sup>2)</sup> montagne pietrose, che si trovano in mare in quelli luoghi verso Regno di Suetia, et per aiuto di Dio pur semo entrati fra quelli monti

salvi verso hora di vespero, et ivi butorno ancora. Se fermamo, ma essendo uscita dal porto grande compagnia<sup>2)</sup> delle nave con noi, non era in quel luogo dove se trovamo nome<sup>2)</sup> cinque; <sup>1)</sup> uno, sopra quale la Serenissima Infante di Suecia, in altro il Vicecancellere, in terzo il Signor Opiczki con li paggi; quarto, sopra quale il Signor Groff Gostaus e il Signor Belka, quinto del'Amiraglio.

In terzo giorno dapoi arrivorno alquanti altri a noi, e altre se aiutorno meglio come potevano, in Dania, Filandia, in Livonia, Welandie, si come habbiamo hauto certezza, et una in Colmarko, venuto con li cacciatori. Vi si trovorno sopra con li cani insieme et in altro con li cavalli di certi Suedesi. Et fra li<sup>2)</sup> predette montagne spettavamo in su le ancore sino al primo di Ottobre, che arrivino le altre nave, pure non se possute ricuperare tutte. Così Sua Maestà se messe a primo di Ottobre andare et navicò con più venti meglio si poteva solamente di giorno, perché là maravigliosi passi si trovono infra quelle montagne. Et così per gratia di Dio doppo li vesperi a 10 di Ottobre arrivamo a Stokolmo. In detto di venirno o arivorno 30<sup>b)</sup> altre. E ivi ricevuto era la Maestà Sua dal Principe Carlo et dagli altri, come si conveniva. La Regina vedova, madrignia del Serenissimo Re nostro, e passim tutti dicono che questo giorno et la notte, quando la fortuna a noi ci dette spavento, in Stokolmo era così gran vento che rompette et buttò fuori le finestre delle stanze, dove la madrignia della Maestà Sua dormì in castello. Si come della paura levandosi fuor di letto, inginocchiati pregando il omnipotente Dio che vogli salvar la Maestà Sua con vita, insieme con tutti li suoi, perché sapeva che haveva a navigare in quel tempo verso Colmarco, il quale da qui sesanta miglia, che havemo comportato non piccolo contrasto di quella notte. Nelle nave di Sua Maestà s'è mosso tutto del suo luogo sotto sopra. Et in altre, che noi medesimi non se possemo tenere sule gambe. Laudato sia il Signor Dio che ci ha salvati in buona sanità, di che preghiamo Iesu Christo che ci arrivino ancor quelli quali ci mancano.

Manca la nave, dove vi erano sopra li Ambasciatori di Suetia ala Maestà del Re, sebene una loro nave è qui con la famiglia, ma deli patroni non sanno niente. Mancha la nave, dove era Castellano di Premisia et il Signor Cema, Palatinide di Pomerania. Manca nave Wilk, sopra quale sono le mie robe et famiglia. Mancano di molte altre, delle quale<sup>2)</sup> qui ci danno buona speranza. Pure insino a quest'hora non ci compariscono. Il Nuntio, molto giorni dapoi, gionse ancor quello, haventosi<sup>2)</sup> fermato in Gotland, portò non piccolo pericolo. Ci fa buona speranza, havendo visto tutte le galere ben venute, havendo ancora loro patito alquanta rovina. Ci manca ancora 130 haiduchi et sopra altra nave 18 drabanti. Secretari di Suetia nessuno non ci è, nella magior parte cavalli del Re e i miei ancora. Il Signor Vicecancellere ancora lui ha perso i suoi cavalli, che essendo venuto fortuna li han gettati in mare. E questa relatione ha data una nave che gli è venuta havanti<sup>2)</sup> quelli cavalli del Re, belli da cochio. Tre son morti et del'altro fornimento dua. Il Re in questi pericoli è stato intrepido. Adesso pensiamo come presto tornare in Polonia, che piaccia a Dio sia in gratia sua et con miglior fortuna. Il Signor Maiordomo della Serenissima Regina habbiamo per sicura nova ch'è stato visto hiersera 8 leghe di qui lontano, et l'arbore della sua nave per fortuna s'è rotto.

E' venuto questa notte Ioanni, Secretario di Suetia, et gli paggi del Re, quali hanno visto, quando 18 leghe di qui lontano s'è rotta una galera, dove erano Suedesi, et ne morti 26. Gli altri notando si son salvati. Dicano che alcuni de nostri<sup>c)</sup> per fortuna trascorsono<sup>2)</sup> ne' paesi de Re di

Danemarca e tutti ricevuti con grand'honore e spesati. Ma gli Suedi che là ancora loro capitorno, né con danari hanno volsuto dare vetovaglia. Adesso scrivendo [ch'è] <sup>d)</sup> arrivato nuova, sono 18 miglia di qua, ringratiato sia Dio. Di Stocolma a 13 ottobre.<sup>e)</sup>

a) in ms. claude

d) sequitur expunctum: che gli

b) hic numerus superscriptus est pro expunctis litteris: tre

e) alia manu.

c) in ms. nosti

z) sic in ms.

N. 178.

Stockholmiae, 4.I.1594.

Alexander Cilli

ad usum Ferdinandi I magni ducis Etruriae  
de coronatione futura Sigismundi III in regem Sueciae, de falsis rumoribus regem in Suecia mansurum esse.

(Orig.)

A.M.F. F. 4293, f. 490.

Di Sthoolm<sup>z)</sup> li 4 di Gennaio 1594.

Il nostro Re, Dio gratia, sta bene, temperando molto le cose sue in questo Regno. Et si partirà di qui alli 16 di questo per farsi incoronare alli sei di Febraro, al qual tempo si ordinerà il modo del governo che si havrà da tenervi doppo la partita del Re. Staremo le quattro settimane et poi ce ne torneremo in Pollonia, con gran meraviglia che a Roma sia sparsa voce che non saremmo ritornati. Et perciò il Re ha scritto al Papa accertandolo del presto suo ritorno et mostrando a Sua Santità essere vani tutti questi sospetti. Si fa inoltre grande istanza che, si come Sua Beatitudine si ha addossato il negotio della transattione di Bezzina, ella la stringa in questa Dieta.

Alessandro Cilli.<sup>a)</sup>

a) alia manu subscriptio haec exarata est.

N. 179.

Zamoscii, 12.VIII.1594.

Ioannes Zamoyski

Cynthio Aldobrandino cardinali

de expeditione sua contra Turcas et Tartaros.

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 491-496.

De transitu Tartarorum per Pocuciam anno MDXCIII epistola ad Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Cynthium, Sanctae Romanae Ecclesiae tituli Sancti Georgii Cardinalem Aldobrandinum ab Illustrissimo Domino Ioanne de Zamoscio, Regni Poloniae Supremo Cancellario et Exercituum Generali missa.

Illustrissime et Reverendissime Domine.

Pro eo loco, quo apud Sanctissimum Dominum Nostrum Illustrissima Dominatio Vestra est, proque eius in me benevolentia nulla res maior hic est, quam ad Rem Christianam pertinere putem, de qua non meis literis certiozem Illustrissimam Dominationem Vestram faciendam mihi statuam. Atque optarem sane laetiore aliquo nuntio impertiri me Illustrissimae Dominationi Vestrae posse, sed cum omnia, quae ab aliena seu divina potius voluntate pendent, optare quidem et pro virili, ut quam optime cadant, elaborare possimus, non raro autem aliter cadant quam vel optamus vel speramus. Eius nunc rei nuncium perscribere Illustrissimae Dominationi Vestrae cogor, quae quem aliis dolorem afferat, nescio; mihi certe vitam acerbam facit.

Tartari igitur, cum omnium fere animis ab expectatione eorum averis, navigiis a Turcarum tyranno numerosissimis eis subministratis, solito tralectu relicto, in ipso ostio prope Borysthenem traiecissent, mox Nostro etiam ad Thehinam supra Moncastrum Turcicae ditionis transmissa, inde superiore via, qua Solymanniano bello usi fuerant, versus Iaurinum recta ituros et ipsi prae se tulissent et ex Valachia nunciaretur, subito per Valachiam itinere converso, primum per oram quandam finium Regni, deinde Transilvanicae ditionis in Ungariam penetrarunt. Ita autem perruperunt, ut, quamvis parvae omnino vires paratae essent, quibus numerosissimus barbarorum exercitus remorari posset, magis tamen fere fuga aut similis fugae profectio eorum, quam paucitas nostra, summo pugnandi ardore incensa, proelium eximeret.

Ad quam quidem totam rem nihil incommodius fere accidisse mihi videtur, quam quod ante discessum regium, sive ante proxima potius Comitia, de periculo, quod a paganis expectandum esset, nihil a Maiestate Regia communicatum fuerit, atque ita in tempore et periculo illi obviam iri et quo illud propulsaretur, iustus exercitus comparari non potuerit. Cum enim de communicatione belli huius primum post discessum regium, rebus Silekano proelio iam exasperatis et spe pacis praecisa, aliqui Senatores appellati fuissent, accidit, ut neque a Regia Maiestate mature rebus iis occurri potuerit, de quibus ante discessum suum nescivissent, et illa absente, ne vel omnium ordinum conventus tuto haberi, vel cum maxime habitus fuisset, quicquam de huiusmodi rebus statui posse vereremur. Quod quidem vel apud ipsum nuntium Caesareae Maiestatis iam hyeme non dissimulavi responsumque, quod illi tum dederam, cum ad Serenissimum Regem in Sueciam, tum ad Serenissimam Reginam viduam Varsoviam, ad Illustrissimum etiam Cardinalem Radivilum aliosque nonnullos Senatores iisdem verbis, quibus id dederam, mox perscripsi.

Cum enim ut alios Senatores, ita me quoque nomine Caesareae Maiestatis appellasset, et ad difficultatem conventuum indicendorum et ad huiusmodi res sciscendas ipsa Regia Maiestate praesente opus esse multis ei iam tum demonstravi. Ad Tartaros vero quod pertineret, respondi posse eos ea via, qua Solymano Sigeum obsidente usi fuissent, itinere a Regni finibus diverso et remoto, in Ungariam pervenire. Quam ob causam cum Mosco potius communicandum Caesareae Maiestati me putare, ut in Tartaros intentus esset, cum praesertim nobis etiam, si auxilii quid christianis ferre deberemus, ita domo proficiscendum esset, ut a Tartaris securi essemus. Si per nostros fines nihilominus perrumpere vellent, cum id sine damno et iniuria nostra futurum non esset, rem ipsam prohibendi eos, utcunque possemus, necessitatem nobis imposituram ostendi. Militem tamen exiguum admodum iam esse, cum omnis ratio gravioris

periculi propulsandi ad publicam fere expeditionem in Comitibus relata esset (quae contra tantam hostis eius celeritatem non satis certe expedita est). Verisimilis tamen videri mihi dixi, si in Ungariam ituri essent, per Turcicam ditionem ituros, quo recentiores ad bellum venirent, cum omnis bellandi eorum ratio in celeritate fere consistat. In omnem certe eventum non maior ordinario numerus equitum scriptus fuerat, qui pro more contra subitas hostium excursiones excubarent. Hisce partim viae, quae diversae sunt, obsidendae, partim debellandus hostis fuerat, qui celeritate sine ulla controversia facile omnibus gentibus praestat, numero autem non multis, audacia et robore corporis nulli impar est.

Duae omnino rationes excludendi eius erant: una, ut vel in patentibus campis illi occurreretur, altera, ut viae omnes, quae per montes ducunt, insiderentur. Proelio nulla parte hosti parem cum tantis hostium copiis, quantae Tartaricae sunt, aequo loco decernere, cuius rationis sit, quilibet facile iudicare potest. Reliquum erat, ut vel unius viae, qua iturus putabatur, aut cum plures sint, omnium angustiae occuparentur, quorum illud, si in aliam viam deinde se convertisset, eludere in ipsius omnino potestate esset. Hoc autem non modo sine ullo fructu, verum praesentissimo etiam cum periculo futurum, cum copiae per se exiguae in plures minoresque partes distractae ne unum quidem impetum tanti exercitus sustinere potuissent. Non minus ad haec incommodum accedebat, quod cum superiorum, tum proximorum etiam Comitiorum contributione certus locus versus Borysthenem designatus fuerat, in quo copiae in stativis haberentur, hostis autem diversa et brevior longe via per Valachiam in fines Regni irruerit.

Cum tamen iam sub initium fere Quadragesimae de consilio hostium aliquid inaudivissem, mox cum ad alios passim, tum maxime ad Senatores literis datis certiores de eo illos feci, cum sigillatim plerosque, tum coniunctim eos, qui Varsaviae ad audiendum Czausium conveniant. Verum omnibus fere, ut non negligendum periculum videbatur, ita omnium ordinum absente Rege conventus habendi difficultas obstabat. Interim vero hoste morante, ut fieri solet, ab aliis contemni periculum coepit, ab aliis ne credi quidem. Quidam etiam aliter diligentiam meam interpretari. Quae securitas non parum deinde, cum a Valacho in animis hominum confirmata fuit, tum ab ipso tyranno Turcarum, quorum ille cum adventum Tartarorum ipse antea denunciasset, postea litteris Turcae, quibus in Iaurinensem viam commeatum Tartaro illi imperabat, inductus, Cameneciam dimissis alia via, qua superioribus bellis in Ungariam iverant, Tartaros ituros nunciabat, et tanquam omnia pacata iam essent, ad nundinas oppidorum suorum ex vicina Podolia et Russia homines invitabat. Ad Turcam vero cum sub discessum regium nuncius missus est, qui quid absente Rege expectandum nobis ab illo esset exploraret simulque de Tartarorum iniuriis quereretur, ita eum dimiserat, ut nihil omnino vel a se vel a Tartaris hostile nos expectare debere prolixè promitteret.

Ego tamen, cum privatum militem, quem meis stipendiis alo, instrumentumque bellicum iam primis Quadragesimae temporibus nihilominus in vicinis locis reliqui, ut, quamprimum certi aliquid de adventu hostium cognovissem, ipse ad eos advolare; tum publicum militem, quoad potui, iisdem in locis moratus fui. Sub exitu Iunii, cum hostis morantis adventus iam frustra expectare<sup>2)</sup> putaretur, Dominus Castellanus Leopoliensis, campestris militiae Praefectus, partim convitiis nobilitatis eorum locorum, gravem sibi militem querentis, partim sciti comitalis autoritate adactus, versus Borysthenem, quemadmodum in Comitibus institutum fue-

rat, mandatis ea de re a me non expectatis, militem promovit. Interim Tartarum Valachiam iam ingressum ac maximis itineribus ad fines Regni contendere diversis nuntiis ad me perfertur. Magnam spem habebam fore, ut partim in Valachia morae aliquid ei obiceretur, partim arboribus delectis viisque, per quas iturus esset, obstructis, impetus eius nonnihil retardaretur. Qua de re iam multo et ante et postea hoste adventante non solum cum nostris, verum vicinis etiam, literis ea de re ad illos datis, partim ipse partim per alios communicaveram, atque ita non modo adipisci nos hostem posse sperabam, verum parvis etiam copiis inter montes et viarum angustias rem contra eum gerere. Itaque literis ad exercitum et nobilitatem, quibus ad arma eam convocabam, mox dimissis, ipse privatim tantum copiis meis, quas, quemadmodum supra demonstravi, in vicinioribus Ungariae locis, per quae iturus hostis putabatur, reliqueram, tormentisque bellicis campestri usui aptis, ibidem hostes arreptis versus contendi. Qui interim nullo in Valachia impedimento obiecto, ab ingressu in Valachiam tertio die in fines Regni percurrit indeque prioribus uno atque altero diebus<sup>a)</sup> lentioribus aliquanto itineribus contendit, quo et per incendia terrore circumlato ancipites animos hominum distraheret et equos recrearet, ut, postquam ad montes pervenisset, tanto magis celeritatem illorum incitare posset.

Prae caeteris in meorum necessariorum possessiones maxime saevire instituit. Praeter alios inprimis Haliciam, Domini Palatini Belzensis, affinis mei, praefecturam,<sup>b)</sup> oppidum immunitum, non modo exussit, verum cum eodem in loco ipsum Palatinum in arce lignea esse cognovisset, qui eam expugnarent incenderentque summisit. Quibus strenue reiectis, nulla ulteriore mora interposita, ulterius progressus simili odio Kalussam Domini Praefecti Campestris, consanguinei mei, territoriumque eius fere omne ex instituto exussit. Erat in exercitu eius turma equitum Turcicorum, quibus Czausius praeerat, quasi custos inspectorque illi additus. Cum superiore bello Solymanniano in Ungariam Tartarus iret, a Thehina oppido per oram Moldaviae recta versus Albam Graecam seu Iaurinum, quae Turcici Imperii in Ungaria est, contendit.

Cum tamen per Regni huius fines eum iturum perlatum ad me esset, propterea hoc itinere illum evocatum suspicari coeperam, ut cum hyeme iam obsessuri christiani Hatvanum dicerentur, qui autem frigus et incommoda hyemis ferre possent, praeter Tartaros, ex aliis gentibus nullos fere Turca habebat, illis immissis christianorum copias distineret eandemque ob causam postea, aestate etiam, non sine cura transitus eius esse desinebam, quod id consilium Turcae esse verebar, ut omni parte Ungariae, quae intra fines nostros et Danubium est, per Tartarum devastata, cum hanc incendiis et populationibus delevisset, eo facilius Transdanubianos etiam in potestatem redigeret. Nunc cum hoc solum fere itinere hoc assequutus esse videatur, ut ad exercitum Turcicum perveniret, quid consilii secutus sit, ut illa relicta per Polloniae et Transilvaniae fines non sine periculo, certo autem cum detrimento et vexatione exercitus ire maluerit, non satis assequor.

Illius enim commodum, seu Christianitatis incommodum si spectemus, et si Iaurinensis via longior sit, quod tamen per pacata ubique iter illi sit, hoc caeteris ei praestat, ut partim sine periculo ullo, partim quod nullo periculo urgente pro arbitrio suo moderari id possit, integris equis, in quibus omne robur eius est, ad locum perveniat. Nunc cum summa celeritate viaque impeditiore perrumpendum illi fuerit, attritis defatigatisque, aut certe non satis integris equis, illum evasisse vel id argumento

esse potest, quod quamprimum in plana Ungariae ex montibus penetrasset, neque agmina ulla ad populationes faciendas quoquo versum longius more suo dimiserit, et recta fere ad exercitum Turcicum, quanta maxime potuit celeritate, uno agmine contendit. Paulo ante adventum ipsius, manu aliqua in finibus facta, villas aliquot Turcicas Kosaci exusserant. An igitur hac re irritatus, ad vindicandas quasi iniurias hasce illorum, iter huc converterit, sive etiam a Sinan Bassa in odium aemuli eius Ferat Bassae, qui nuntium regium cum eo, quod supra demonstratum est, responso ex Porta dimiserat, vel ob Hatvani obsidionem solvendam, quae tamen, cum in Ungariam pervenit, soluta iam fuerat, hoc itinere ire iussus fuerit, coniecere non possum.

Per Poloniae quidem fines perrupturo et si plures viae propositae sint, propinquiores tamen tres fere, una latior aliquanto quam caeterae atque ob id commodior, quod vero frequentissimis pagis maxime culta sit, ob predam etiam maxime hosti expetenda, per Samboriam; altera iuxta Strium flumen; quae utraque Mukaciam, Caesareae dictionis <sup>2)</sup> Ungariae oppidum, recta ducunt; tertia remotior secundum Oporum, alterum flumen, versus Hustum, Transilvanicae ditionis praefecturam, intraque territorium Hustense iam caeteris fere angustior. Quod Samboriensis via et prima mihi versus hostes contendenti occurreret et, ut omnium commodissima praedaeque, quam sequi ille solet, faciendae maxime opportuna, ea etiam Tartarus iturus pro certo nunciaretur, ea occurrere illi institui, a qua nimirum ut maxime alia via iret, ipsa tamen itineris ratio et series ulterius deinde versus eum me duceret.

Iam in cospectum <sup>2)</sup> ignium hostilium perveneram, non longoque intervallo hostem abesse sentiens, mox leviores <sup>c)</sup> equites aliquot, qui adventum hostis <sup>d)</sup> explorarent, misi. Alios paratos habebam, qui velitationibus in locum mihi commodum hostem pertraherent, ita animo paratus, ut dum exercitus reliquus adventaret, vel honesta morte, si sustinere impetum eius non possem, saltem morirer. <sup>e)</sup> Interim hostis in Hustensem viam se convertit, quod ex eo, quod nullos ignes iam amplius videbam, mox suspicatus, ne expectato quidem reditu exploratorum, mox movi. In itinere deinde ut progrediebar, voluntarii aliqui se mihi adiunxerunt. Tum Dominus Praefectus Campestris cum stipendiario milite, qui tanta celeritate advenerat, ut cum magno intervallo longius iter a stativis quam Tartari per Valachiam habuisset, fama tamen adventus eorum excitus, vix non cursum eorum adaequavit; impedimentis omnibus relictis campestribusque tormentis solis assumptis, quanta adhiberi a nobis potuit maxima festinatione, non minore autem ipse, secuti hostem sumus, fore, ut si alicubi obstaculi aliquid obiectum ei fuisset intra montes, assequi eum possemus. Interim hostis tanta contentione progredi, ut unius diei itinere per plana quatuor, in montibus quinque, atque ita coniunctim novem miliaria nostratia pervolaret, unoque isto itinere ad radices iugi, quod transversum per montes eos protenditur, pertingeret, Beskieth vulgo accolae vocant finesque ditionis Polonicae et Transylvanicae disternat. Ab eo deinde ad septimum circiter miliare Praefectus Hustensis, qui et a me ea de re admonitus fuerat, et ab ipso etiam Principe Transilvaniae ternis literis de adventu per fines nostros hostis sibi nunciatum iam priusquam Hustinensem viam hostis se convertisset, certio rem me fecerat, arboribus deiectis ipse ei in angustiis, per quas ad Hustum itur, se obiecerat.

Verum hostes summa audacia et pernitate a lateribus per cacumina montium se praecipitantes, a tergo illum circumvenere, ut, maiore parte

caesa, Praefectus cum paucis aliquot aegre fuga evaderet. Post, nullo obsistente, versus Hustum promovit, montibusque superatis, in patentes Ungariae campos evasit. Secutus illum sum Kieleczanum usque, Transilvanicae ditionis pagum. Ubi consilio de persequendo hoste habito, cum per montes in plana eum iam evasisse constaret, ut sine ulla fere spe hostem perniciosissimum, qui praesertim planiciem iam teneret et nullo in loco moraretur, cum exercitu et exiguo et tantis itineribus non medio-criter defatigato adipiscendi, in alienam ditionem non accersiti invitave, quod vero caput esset, iniussu Regis aut ordinum, hostem ulterius persequeremur, nulli eorum, qui in consilio mihi aderant, visum fuit. Itaque cum in eo loco, a Tartaris iam ante vastato, vel propter famem diutius subsistere non possemus, quamvis dolens et moerens, quid aliud tamen facerem, quam ut intra fines exercitum reducerem, non reperi. Habeo autem nunc eum propinquus in locis.

Interim, cum Regiae Maiestatis, quae sub hoc ipsum tempus, quo haec scribo, in Regnum iam regressa nunciatur, tum ordinum mandatum exspecto. Apud quos quantum vel cohortatione vel precibus valuero, omnibus certe rebus in id incumbere non intermittam, ut quam fluxa barbarorum fides sit, vel ex actionibus hisce eius, qui non modo foederatam pacem nobiscum habet, sed novissime etiam per nuncium regium omnia pacata publice nobis renunciarit, aestiment praesensque Christianitatis periculum commune sibi cum reliqua Christianitate ducant. Ex itinere equestris ordinis quendam a se captum et iuramento de mandatis suis ad me perferendis prius adactum denudatunque et scuticis, quo firmior mandatorum ipsius memoria in illo haereret, caesum dimisit. Summa haec fuit unum me potissimum obstare, quominus donativum illi solveretur. Itaque nisi superiorum annorum donativa quamprimum solvenda ei curarem, brevi se apud nos fore ipsumque me pro donativo legatum Turcae ducturum.

Deum Optimum Maximum precari non desino, ut iuvandae Christianitatis hostisque ulciscendi voluntatem quidem eandem, quam semper habui, facultatem eius testandae maiorem posthac mihi tribuat. Quod reliquum est, gratiae Illustrissimae Dominationis Vestrae me commendo omniaque fausta ac felicia a Deo Optimo Maximo illi precor. Datum Zamoscii die XII mensis Augusti anno Domini MDXCIII.

a) *pro verbo expuncto suprascriptum.*

c)-d) *supra lineam additum.*

b) *hoc verbum in ms. leviter correctum apparet.*

e) *in ms. morarer*

z) *sic in ms.*

N. 180.

*Varsaviae, 26.IV.1594.*

*Senatores Regni Poloniae*

*ad Ferrath Bassam [visirum Amurati III]*

*in absentia regis [Sigismundi III] ad eius litteras respondent.*

*(Exempl. Adest aliud exempl. f. 503-504<sup>a</sup>)*

*A.M.F. F. 4293, f. 499-501.*

Illustrissime Princeps, Domine et Amice Observandae.

Czaussius Serenissimi ac Potentissimi Imperatoris Turcarum Usaimus, cum litteris ab Imperatore Serenissimo ad Serenissimum Regem nostrum

missus, Illustritatis Vestrae quoque litteras ad nos datas nobis reddidit. Ex illis, quantum ob interpretum Arabicae scripturae, qui cum Regia Maestate in Sueciam discesserunt, absentiam fieri potuit, intelleximus Illustritatem Vestram a nobis postulare, ut Serenissimo Regi nostro persuadeamus authoresque illi simus amicitiae cum Serenissimo Imperatore constanter retinendae et servandae. Illustritas Vestra autem itidem se curaturam recipit, ut amicitia ista inter ipsarum Serenitates maiora in dies incrementa capiat. Significat propterea nobis Illustritas Vestra Regem Germanorum pensionem trium annorum Serenissimo Imperatori non persolvisse exercituque valido collecto damna maxima ditionibus Serenissimi Imperatoris, foedere violato, intulisse. Proindeque Imperatorem Serenissimum<sup>b)</sup> misisse cum exercitu in Ungariam Sniam Bassam mandasseque<sup>c)</sup> Tartarorum Chamo, ut cum centum quinquaginta hominum millibus illi se coniungat. Quoniam vero inter Serenissimos Imperatores Turcarum ac Reges nostros foedus et amicitia inconvulsa ab avis et attavis intercedit, postulat a nobis Illustritas Vestra, ut pro amicitia ista demus operam et prohibeamus, ne homines Serenissimo Regi nostro subiecti, aut Kozacii, ditiones Chami Tartarorum ac Serenissimi Imperatoris invadant easque infestent. Qua in re quid facturi simus, per Ussaim Czausium<sup>d)</sup> ut certiozem Illustritatem Vestram faciamus, postulat.

Hanc fere sententiam atque summam litterarum Illustritatis Vestrae esse cognovimus. Iisdem prorsus de rebus et in eandem sententiam<sup>e)</sup> litteras ab ipso Imperatore Serenissimo ad Serenissimum Regem nostrum datas accepimus. Quas cum Czausius in Sueciam ad Regem Serenissimum, ubi nunc moratur, ferre aut reditum ipsius, qui propediem est affuturus, expectare nolisset, ne morari eum videremur, aperuimus et quantum in Serenissimi Regis absentia nobis licuit, Serenissimo Imperatori nostris litteris ad singula respondimus, quae et si Illustritatem Vestram ex ipsis ad Serenissimum Imperatorem litteris nostris cognituram non dubitamus, et ipsi tamen Illustritati Vestrae peculiariter significanda putavimus, ut qui noster in tuenda Serenissimi Regis nostri cum Imperatore Serenissimo [amicitia]<sup>f)</sup> sit animus, quod studium, Illustritati Vestrae constet. Serenissimis Regibus nostris ac Regno huic Poloniae cum Serenissimis Turcarum Imperatoribus antiquissimum foedus et amicitiam intercedere non ignoramus. Quod quemadmodum Imperator Serenissimus a maioribus suis sancte esse observatum litteris suis commemorat, ita non minore studio ac sinceritate antecessores Serenissimi Regis nostri in eodem tuendo servandoque versatos esse certo confirmare possimus. Nullis unquam aliorum amicitias et societates aut emolumentis ab eo se abduci sunt passi. Imo et laeta et adversa quaevis amice inter se communicare consueverant. Quae ut is quoque, qui nunc apud nos foeliciter regnat Serenissimus Rex Sigismundus Tertius, progenies et stirps veterum Domus Jagellonicae Regum nostrorum, faceret, nos Regni huius Senatores, postquam ad regium fastigium evectus, autores illi fuimus; itaque et legationibus ultro citroque missis hoc ipsum foedus inter Serenitates ipsarum ac earum ditiones est confirmatum.

Et dum Serenissimus Rex in Regnum suum haereditarium Sueciae proficisceretur, misso ad Serenissimum Imperatorem aulico suo, Generoso Venceslao Drozinski<sup>g)</sup> hoc ipsum contestatus est nobisque Senatoribus ac Magistratibus ac militiae Praefectis<sup>h)</sup> discedens mandavit, ut pacta et foedera in confinio sancte et integre tueamur et servemus.

Quod quidem nos Magistratusque ac Praefecti militiae huius Regni, quantum in nobis est, iussu Regiae Maiestatis proque nostra in servando hoc sanctissimo foedere propensione diligenter sumus praestaturi, neque dubitamus Serenissimum Imperatorem suam itidem sinceritatem in amicitia cum Serenissimo Rege colenda<sup>1)</sup> praestitutum.

Ceterum, quod ad Principem Tartarorum attinet, is quidem non certe<sup>1)</sup> neque ex fide cum Serenissimo Rege nostro agit. Foedus itidem cum illo intercedit. Quo tum etiam foedere cum Serenissimo Imperatore intercedente Serenissimus Rex noster fretus,<sup>k)</sup> cum anno praeterito sub discessum suum omnes fere militiae Praefectos ad Comitata evocasset, ille magno exercitu ditones Serenissimi Regis aggressus, omnia illius consilia perturbavit damnaque gravissima populis ipsi subiectis intulit, captivos multos abduxit, bona et facultates depopulatus est. Ad quem cum Rex Serenissimus postea internuncium cum litteris misisset, superbe satis et arroganter respondit. Verum tanti Serenissimus Rex noster amicitiam Serenissimi Imperatoris facit, ut quemadmodum cum Serenitate Sua, ita cum illo quoque foedus sit servaturus daturique sumus nos, Consilarii ac Senatores Maiestatis Regiae, litteras ad Pallatinos et Capitaneos ac Praefectos militiae in confinibus<sup>1)</sup> existentes, ne ipsius ditones invadant et infestent aut suae iurisdictioni subiectos homines infestare permittant, modo ille quoque ita cum exercitu, uti nobis persuademus,<sup>m)</sup> progrediatur, ut a nostris ditonibus prorsus sibi temperet<sup>n)</sup> easque non attingat. Esset enim id plane<sup>o)</sup> contra pacta et foedus mutuuum.

De Kozacis<sup>p)</sup> porro, latronibus perpetuis, nihil aliud possumus respondere, quam illos acerrimos<sup>q)</sup> nostros quoque esse hostes. Significatum est nuper Serenissimo Imperatori a Rege nostro Serenissimo per aulicum<sup>r)</sup> [Drozynski], quae et Serenissimo Rege Stephano vivente in ipsius legatum commisissent, qua itidem licentia in vastandis et diripiendis urendisque Regni oppidis usi essent. Quos cum Rex Serenissimus omnino cohibere et castigare decrevisset magnusque eorum numerus proelio et acie ab Illustribus Kioviae et Vollinae Pallatinis iussu Maiestatis Regiae esset<sup>s)</sup> profligatus, a Praefectis etiam arcis regiae Circasiensis, dum aggredi illam tentassent, duce eorum caeso essent repulsi ac de reliquis reprimendis et compescendis Rex Serenissimus in publico Regni conventu,<sup>1)</sup> ante suum in Sueciam discessum, ut pacata omnia sub absentiam suam in Regno relinqueret, esset consultaturus, Princeps Tartarorum ferre<sup>2)</sup> eo ipso tempore, quasi ex conducto, ditones Maiestatis Regiae exercitu numero invasit eorumque maxime, qui Kozacos<sup>u)</sup> profligarunt, Illustrium Kioviae et Vollinae Pallatinorum bona depopulatus est, ita ut commune aliquid cum Kozacis habuisse videatur. Et sane aliqui illorum ad eum se contulerant iuramentoque illi praestito, duces illi fuerant in invadendis Serenissimi Regis ditonibus. Quod ubi in Regni conventu esset auditum, qui consultandi de illis reprimendis ex finibus ad Maiestatem Regiam convenerant, statim ad sua quisque defendenda, consultatione ommissa rebusque infectis, dilapsi sunt.

Qua quidem re latrones isti confirmati, denuo convenerunt ac exercitum et ducem novum sibi constituerunt cum eoque non iam Tartaricas ditones, illis ob amicitiam parcentes, verum et Moldavitas,<sup>v)</sup> uti ad nos perlatum est, fortasse ut cum Serenissimo Imperatore nos committerent, invasisse dicuntur. Hac ratione ipsi etiam Tartaro gratificari cupientes, qui ne in longinquiore partibus operam Serenissimo

Imperatori praestet, in vicinia potius omnia turbari cupit. Haec autem inscio et invito Rege Serenissimo, insciis Praefectis et insciis Regni exercitibus<sup>x)</sup> acciderunt. Imo ipsi isti Kozaci aliam rursus militiam et stipendia captare nunc dicuntur. Videat igitur et expendat Serenissimus Imperator ac Illustritas Vestra, quomodo et ipsi Chamo Tartarorum fidere debeat, et quidem de securitate a latronibus istis praestanda nos polliceri possimus, cum et nostri sint hostes ipsius Chami opera, multo nunc audaciores et firmiores, quam antea, sint facti. Rex quidem Serenissimus mandavit duci a Praefectis militiae, ut armis etiam ac exercitu, si copiam rei eius habere possint, latrones istos reprimant, nosque litteras ad Capitaneos, ad Praefectos arcium mittimus, serio Serenissimi Regis nomine illis iniungentes, ut quacunque ratione possunt, eorum conatibus eant obviam ac in oppidis, si usquam compareant, eos capiant, omninoque a nobis nil intermitteretur, quod in cohibendis illis maxime praestari possit. Multi quidem nostri homines gravissimis a Tartaris damnis affecti sunt, expectabunt tamen quieti<sup>y)</sup> Regiae Maiestatis ex Suecia reditum. Non dubitamus autem diligenter Serenissimum Imperatorem, uti pollicetur, totum hoc negotium esse perpensurum de Tartaroque iustitiam administraturum ac ad resarcienda damna captivosque restituendos eum adacturum.

Ita rebus utrinque compositis et pacatis, de latronum quoque istorum licentia prorsus tollenda eo facilior ratio iniri possit. Haec quemadmodum ad Serenissimum Imperatorem a nobis sunt scripta, Illustritati quoque Vestrae nota esse volumus. Facile ex iis Illustritas Vestra cognoscet, quae in nostra sunt potestate, ea nos et facere et facturos libenter. In his autem, quae ad latrones illos cohibendos pertinent, cum alio illi spectent et cum aliis consilia communicent, nobis autem sint hostes acerrimi, nil aliud nos facere posse, quam ut eorum nefarios conatus vi et armis, ubi facultas eius rei data fuerit, illisque capiendis et puniendis contundamus et reprimamus. Quod quidem et nostra et amicitiae Serenissimi Imperatoris causa sedulo facturi sumus. Illustritati Vestrae valetudinem prosperam fortunarumque et dignitatum quarumvis concessionem optamus. Datae Varsoviae die 26 Aprilis anno Domini 1594.

- |  |   |
|--|---|
| a) <i>in dorso alterius exemplaris legitur nota polonice scripta: "Kopla listu Panów Ichmościów Senatorów w Warszawie zgromadzonych do Ferrath Bassa".</i> | k) <i>in hoc exemplari: frater</i>  |
| b) <i>in ms. huius exempli: Imperatori Serenissimo</i>   | l) <i>in hoc exemplari: confinis</i>  |
| c) <i>in hoc exemplari sequitur: ad (per errorem additum).</i>   | m) <i>in hoc exemplari: persuadeamus</i>  |
| d) <i>in ms. Czaurium</i>  | n) <i>in hoc exemplari: temperati</i>   |
Hora, venendo al punto, dico che si deve porre ogni industria per restringere la negociatione ad alcuni capi, perch  essendo in questa Republica libera a ogni uno <sup>a)</sup> lecito di dire la sua sententia et di proporre conditione, n  bastando perci  di persuadere al Serenissimo Re, al Senato et alla maggior parte delli Nuntii terrestri, ma convenendo che tutti concorrino ad approvare ci  che si propone (perch  altrimenti sono invalide le deliberationi),   per  necessario di proporre le materie ordinatamente et ben masticate, acci  si riscchino li discorsi et si sutterfugono le petitioni della moltitudine. Et perch    proprio delle Republiche libere di moversi pi  tosto per l'utile che per fini gloriosi, sar  bene che Vostra Signoria Illustrissima assicuri questi ordini che la Santit  di Nostro Signore si muove principalmente per beneficio loro et che con l'occhio destro rimira l'assicuramento et conservatione di questo Regno, et col rimanente della vista quello di tutta la Christianit .

Alli due capi seguenti si dovrebbe ridurre tutta la trattatione, ci  al nervo della guerra et al modo di far la guerra. A quali se si potr  restringere la negociatione, si eviteranno un mare di confusioni et si facilitar  la trattatione. Perch  cosa manifesta   che se questi ordini perseverassero in premere nell'articolo: De sociis belli, non si potr  concludere di presente la lega. Il che prevedendo, io ho cercato di persuadergli che ogni volta che saranno sicuri De nervo, non devono essere curiosi De sociis belli. Anzi, che quanto pi  moltiplicaranno li compagni, tanto meno sar  diuturna la unione. N  deve alcun presupporre che il nervo della lega sia quel sussidio, al quale concorre la Santit  Sua et la Maest  Cesarea, essendo esso una particella di esso nervo. Si come non si deve anco persuadere che la osservatione della transattione Bedzinense sia un requisito che apporti seco o accrescimento di forze alli collegandi, o diminutione a quelle dell'inimico. Ma si   premessa la trattatione delli sopradetti particolari, perch  senza la certezza di essi non si poteva sperare di congiungere gli animi et le forze, et per  si deve avvertire che Cesare non dia coartata la plenipotenza et instruttione alli Commissarii intorno alli sopradetti punti, ma che abbrazzi anco li altri particolari che si contengono in questo scritto. Hora, dando principio a questo primo punto De nervo belli, dico a Vostra Signoria Illustrissima che il Cancelliere mi ha aperto il senso suo nella seguente forma:

Che l'essercito delli collegandi deve essere in qualche parte proportionato a quello dell'inimico. Et perch  questa forma di procedere, come quella che dipende dal numero dell'essercito Turchesco, era ambigua, io feci istanza che si presupponessero qualsivoglia essercito numeroso

dell'inimico et descrivessero il proportionato delli collegandi, lo fecero, ma in descrivere questa proportionone sono stati differenti. Perché nella Dieta che si celebrò già due anni ricercorono 120 mila combattenti, nella passata si sono ristretti a 100 mila, cioè 60 mila cavalli, de quali ne siano 30 mila con le lance, 15 mila con li archibugi et 15 mila armati alla leggiera, da essi chiamati Cosacchi, et 40 mila fanti.

Che la Maestà Cesarea deve dire quanto numero di cavalleria et di fantaria sia per havere, acciò da questa parte si possa suplire et compiere il numero descritto. Per il che sarà necessario che li Deputati da Cesare siano sopra questo punto ben instrutti, acciò possano descendere all'individuo, dicendo Cesare havere tanta fanteria et tanta cavalleria di questa et di questa qualità. Di questa maniera apparirà la quantità della cavalleria che questo Regno dovrà somministrare per compiere al numero soprannominato. Quanto poi alla spesa, ricercano che li collegandi concorrino nella terza parte, dimodoché se la lega havrà di bisogno di 30 mila cavalli, ne dovrà pagare lo stipendio a 30 mila. Voranno poi essere sicuri che il sopradetto numero di 100 mila sia per essere così durabile quanto durerà la lega. Ricercaranno similmente che ogni volta che il Turco rivoltasse le armi contro di questo Regno, le forze della lega si convertiscono a difesa loro.

Nelli sopradetti requisiti si sono, a mio parere, per scoprirsi due difficoltà. La prima che l'Imperatore non potrà assicurare questi ordini che li aiuti dell'Imperio siano così diuturni come sarà la lega, perché è determinato il tempo di detto aiuto, et espirato esso, espira l'aiuto. Et però essendo questo un fatto alieno non può Cesare obligarsi. Et dall'altra parte, havendo l'Imperio promesso l'aiuto per l'Ungheria, si dubita che l'Imperatore possa, senza nuovo consenso di esso Imperio, promettere che se la mole della guerra si voltasse qua, le forze che somministra fossero per convertirsi a difesa de Polacchi, atteso che in tal caso potrebbe allegare l'Imperio: noi si siamo obligati per la guerra di Ungheria, non per quella di Polonia. Quanto alla prima difficoltà è cosa probabile che l'Imperio, fornito il tempo, sia per rinovare l'aiuto. Et quanto al secondo, si potrebbe trattare con li Elettori che assicurassero questo Regno, quali senza dubio, quando vedranno la cosa ridotta a questo individuo, che o non si deve aspettar lega o essi hanno da promettere, s'indurano facilmente a pigliare qualche resolutione, almeno acciò tutto il mondo non ascrivi loro la colpa, se una così necessaria attione non si riduce alla sua perfettione. Nel sopradetto particolare dell'assicuratione Vostra Signoria Illustrissima è per ritrovare molte difficoltà, perché oltre a una naturale aversione d'animo et di genii tra Tedeschi et Polacchi, sono qua intrati in varie suspensioni per essersi ritrovato un stendardo del Serenissimo Arciduca Massimiliano in potestà delli Cosacchi con le seguenti parole: Maximilianus etc. Rex electus Poloniae. Et se bene haveano quei cervelli seditiosi lo stendardo di Cesare et del Transilvano, nondimeno pare loro che quei Principi habbino potuto havere qualche pretesto, ma non giudicano che ciò si possa addurre in escusatione della sopradetta Altezza. Oltre di questo affermano che devono havere patti chiari con li Austriaci et camminare cautamente, perché in altri tempi et in simili occasioni sono restati defraudati. Et tra l'altre cose dicono che Massimiliano Imperatore ricercò a Stefano che li desse in secreto il suo parere intorno alla guerra Turchesca, et che havendolo fatto et mandatogli un scritto di suo proprio pugno, fu l'istesso scritto mandato al Turco et esso Turco lo mandò poi

a Stefano. Io, quanto al stendardo, ho risposto che li Cosacchi ne potevano erigere quanti a loro piaceva, et che non segue questa conseguenza: li Cosacchi havevono il stendardo dall'Arciduca Massimiliano, adunque quell'Altezza l'ha loro dato. Che circa l'altro punto è cosa antica et a me non nota, ma che da questo Imperatore non possono aspettare simili tiri et che la Santità di Nostro Signore haverebbe havuto l'occhio che si fosse proceduto con ogni candidezza et sincerità.

Et questo è quello che mi occorre di dire intorno al primo punto, proposto da me, De nervo belli. Hora, passando al secondo De ratione belli gerendi, dico che questi ordini a niun patto vogliono collegarsi con l'Imperatore a guerra difensiva, come loro asseriscono esser quella che si fa in Ungaria, che a guisa di febre ethica consuma a poco a poco le forze de christiani et dà tempo all'inimico di resarcir le sue, reputando essi pensiero vano riporre la speranza in difendere o assediare fortezze, ma che il vero modo di debellare il Turco è di venire al fatto d'arme, con animo di combattere non una, ma due et più volte, et che questo fu il senso di Stefano, al quale dissegnao d'inherire, che o il Turco pervenirà con l'essercito suo, o si dovrà presentarle<sup>2)</sup> la battaglia in Ungaria, o li christiani perveniranno con il loro et si dovrà venire al fatto d'arme nelli domini Turcheschi, ma habitati da christiani, affine che restando vincitore li collegandi, possano immediate, con la sollevatione delli sudditi dell'inimico, proseguire la vittoria, et che in tal caso si dovrà restar di concerto che li esserciti si ritrovino a un certo determinato tempo al luogo che si ellegerà.

Si movono li Polacchi, oltre alle cause allegate di sopra, a proporre questa forma di guereggiare, perchè presuppongono che se l'essercito loro dovesse intrare nel paese del Turco et quello dell'Imperatore restare in Ungaria, non sarebbe né ragionevole né utile, perchè si darebbe all'un et all'altro varie suspitioni, quali impedirebbono il progresso della guerra. Né in tal caso durarebbe la lega per spatio di tre mesi, et che però è più sicuro di combattere spalla con spalla et vedere posto il fine della guerra. Che questo Regno, come quello che non ha minere et non ha congregato thesoro, et deve per mezzo delle contributioni cavar il danaro per il stipendio delli soldati, è costituito in tal necessità che se la guerra durasse più di tre anni, resterebbe così essausto che non li resterebbe altro remedio che di offrire tributo al Turco.

Intorno a questo ultimo punto, come nelli altri, si sono senza dubbio per iscoprire diversi impedimenti. Et però prevedendo io questo, tenni alcune settimane sono proposito con la Maestà Sua di quelli che a me sovenivano, et ritrovai la Maestà Sua non aliena che si ritrovasse altro mezzo, pure che fosse utile et sicurezza del Regno.

Ha Vostra Signoria Illustrissima inteso ciò ho sottratto intorno alla desiderata unione, et tutto quello che referto è stato approvato dal Cancelliere. Et se si potrà col mezzo dell'autorità di Vostra Signoria Illustrissima riseccare tutte le difficoltà et ridurre la trattatione alli due sopradetti capi: De nervo belli et De ratione belli gerendi, Vostra Signoria Illustrissima havrà operato assai et facilitata la trattatione. Ma quando (il che Dio non voglia) apparisce che la lega non si può ridurre alla sua perfettione, sarei di parere che Vostra Signoria Illustrissima proponesse la guerra offensiva contro il Tartaro, et offerisce a questo effetto sussidio pecuniario, insieme che li Deputati di Cesare. Et havendo la Republica nelli Comitii, celebrati già due anni sono, decretata detta

guerra, non sarà il concetto né nuovo né poco popolare. E' ben vero che bisogna procedere con molta circospezione circa questo particolare, acciòché non entrino in sospetto che si vada a camino d'indurli per via indiretta a rompere la pace col Turco. Onde Vostra Signoria Illustrissima potrà proporla nel infrascritto modo:

Che siccome la Santità di Nostro Signore sentì molto piacere, havendo inteso la deliberatione presa già due anni sono di liberare il Regno per sempre dall'incursione del Tartaro, et che il Signor Cancelliere daria tal diretionem alla pratica, che senza rompere col Turco si poteva fare la detta impresa, come egli ancora sopra di questo scrisse all'Illustrissimo Signor Cardinale San Giorgio etc., et che non solo Sua Santità, ma tutti li Principi christiani commendorno il zelo, la prudenza et la carità di esso Cancelliere verso la patria et verso il beneficio publico, così dispiacque a Sua Beatitudine che questo utile et santo proposito fosse perturbato. Et che però di presente la Santità Sua riduce a memoria la deliberatione già presa et offerisce aiuto, et come Padre universale non può se non dolersi che tanta migliaia di persone, per mezzo delle invasioni di essi Tartari, perdino et la libertà et, quello che più importa, l'anima. Et che questo nobilissimo Regno somministri cavalli et tutto il resto pertinente alla guerra al natural suo inimico. Et quando anco questa impresa non riuscisse, io resto tuttavia costante nella mia opinione che convenghi tener più lontano che si può questo Regno dalla renovatione della pace, et che però si debba operare che siano intimati li Comitii. Et mi movo a proporre questo, perchè s'è costume del Turco di non fidarsi di quei populi christiani che non studiano in altro che di mostrarsi fedeli a lui et fanno quanto egli li ordina, con quanta maggiore gelosia et sospetto viverà di coloro che non solo si dimostrano renitenti di renovare la pace ricercata da esso Turco, ma stano<sup>2)</sup> in continuo trattato per unire le forze loro con li suoi inimici contro di lui. Et io, per me, credo che il sopradetto sospetto et la sopradetta gelosia habbia apportato per il passato et sia per apportare nell'avenire non poco utile.

a) *hic in ms. superscriptum est verbum: è, quod tamen superfluum apparet.*

2) *sic in ms.*

N. 203.

s.l., s.d. IX.1596.

*Delegati regis et ordinum Poloniae*  
[*cardinali legato Henrico Caetani in Polonia*]  
*de statu negotiationum cum delegatis caesareis, et desiderata Polonica.*  
(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 563-570.

Illustrissime et Reverendissime Domine.

Quod aliquoties dictum a nobis fuit, idem nunc quoque contestandum nobis est, magis eam personam, ut quam nomine Caesareae Maiestatis, quam etiam reliquorum sociorum in societatem hanc convenientium, pro-

poneremus,<sup>a)</sup> cognoscere atque Regiae Maiestati et ordinibus referre debeamus, quam ipsi aliquid proponere. Multo minus autem Regiam Maiestatem atque ordines aliquando obligare possimus vel velimus. Ceterum cum inprimis desideremus, ut negocium hoc tam salutare tamque pium ad optatum aliquem finem perducatur, pro studio potius nostro, quam <sup>b)</sup> ut mentem eam Regiae Maiestatis atque ordinum fuisse affirmare possimus aut velimus, quemadmodum ante, ita nunc quoque nihil Regiae Maiestati atque ordinibus praeiudicando, quae ipsis <sup>c)</sup> nobis de iis, quae agitata hactenus sunt, in mentem veniunt, proponere non dubitabimus.

Et primum quidem de ratione belli eam mentem Caesareae Maiestatis esse declaratum nobis fuit, ut omnino existimaret minime ex sua vel Regnorum suorum re bonove esse, ut <sup>d)</sup> bellum hoc coniunctis viribus et exercitibus geratur. Id, quod nuper de coniungendis viribus et uno atque altero generali proelio re expedienda diximus, fateri debemus non ex nostra solum, sed ipsius Regiae Maiestatis et ordinum mente prolatum a nobis fuisse. Ea enim sententia eorum semper fuit: eam belli cum hoc hoste <sup>e)</sup> rationem maxime tenendam esse, qua bellum quam minimum duceretur, quod maxime ad huius etiam Regni rationes et statum id spectare videtur.<sup>f)</sup> Inter christianos enim loquimur, quorum alter alteri favere defectusque multos <sup>g)</sup> supplere debet. Robur nostrum omne in corporibus ac virtute istius nobilitatis fere est, quam Deus <sup>h)</sup> satis frequentem Regno huic dedit. Munitiones, quibus bellum ducamus, neque nos multas habemus, neque opugnandis obsidendisque assuevimus. Publica etiam vectigalia et proventus non tanti sunt, ut non etiam extraordinariis sumptibus in bellum opus sit, qui ex colonorum fere nostrorum contributionibus petuntur. Quorum fortunis exhaustis ne familiaris quidem res sustineri potest. Quo magis huiusmodi rationes ineundas semper nobis putavimus, quibus quam citissime de summa rerum decerneretur, quandoquidem <sup>i)</sup> et Sanctissimi Domini Nostri et Caesareae Maiestatis Nunciis iam ante etiam proposita res ea fuit et ita tum accepta, ut non valde abhorreere ab ea viderentur, imo probasse potius eam belli gerendi rationem, ut quapropter illum, qui supra ostensus est, Regnoque praecipuum propositum finem haberet, ut non modo quam maxime hostis debilitaretur, sed de re tota etiam quam citissime, quam minimo periculo et quam minime attritis viribus christianorum decerneretur.

Neque videbatur tum ita illa difficilis, ut ea incommoda, quae nunc proponuntur, non facile superari vel tolli possent. Quis enim non videt iniri rationem aliquam posse, ut in loco aliquo communi extra ditiones christianas, vel qui controversus <sup>j)</sup> adhuc sit, exercitus convenirent atque ita per longum satis spatium de comiteatibus quilibet sibi provideret, neque alter alteri gravis esset. Nec ulla diversitas nominum, morum, linguae multum incommodi afferet, si sub ipsum exercitum hostilem adventantem, vicinoque periculo iam imminente, se coniungerent. Cum enim vel ex ipsorum Illustrissimorum Dominorum Legatorum Caesareorum relatu sciamus hostem non multo fere ante, quam mense Augusto aut Septembri, copias suas contrahere atque in campum prodire cum iis solere, sub id ipsum tempus confoederatorum etiam Principum copiae obviam ei duci possent et ibi proelio mox res definiri, neque discordiae ullae in tam vicino periculo expectandae fortassis essent.

Si sunt nostri, qui honestatis, laudis et publici boni causa facile omnia ferant, idem de aliis etiam nationibus nobis persuademus. Eoque fortassis

facilius etiam incommodis illis obviam iretur, si mox cum hoste confligeretur idque si ultra Danubium aut etiam cis Danubium in campis patentibus fieret, non ita facile etiam detrectare proelium hostis posset, cum in Hungaria inter frequentes arces et praesidia in ipsius potestate futurum videatur, quam diu velit, bellum ducere et a certamine abstinere. Periculi quidem, quod ex relinquendis a tergo tot praesidiis, si exercitus ex Ungaria promoveretur comeatusque ipsius inter praesidia a tergo relicta et hostes a fronte adversantes procurandi, tum receptus difficultati imminere videtur, non minima fortassis ratio habenda esset. Sed primum in omnibus magnis difficilibusque rebus magna etiam ac difficilia audenda sunt. Deinde non deesse fortassis etiam rationem<sup>k)</sup> relinquendae alicuius partis exercitus, rerum nostrarum, si ita<sup>l)</sup> fuerunt; ex quibus omnibus et similibus facile apparet non modo improbatam tum hanc rationem ab illis non fuisse, sed non minus quoque illis placuisse.

Utcunque tamen sit, cum nunc longe diversum modum belli huius<sup>m)</sup> proponi videamus, ingenue fateri debemus nos in eum casum non solum mandata nulla, sed ne mentem quidem Regiae Maiestatis atque ordinum perspectam habere, neque scire aut affirmare posse, persuadere ne tum sibi passuri sint aut non. Si enim diligentius res consideretur, facile quis animadvertere potest hac ratione omnem belli molem et omne periculum in hoc Regnum transferri posse aut vix non necessario translatum iri. Quamprimum enim hostis animadverterit nos arma sumere, quis non videt eum, quod robor fere exercitus eius est, expeditissimos illos et ad nocendum velocissimos homines Tartaros nimirum loco suo non moturum, sed, ut nobis vicinos et proximos, in viscera Regni mox immissurum, neque vel illis auxilio vel suae victoriae defuturum. Nihil enim verisimilius, quam suum etiam numerosissimum exercitum ad nostrum delendum potius ipsum conversurum, quam ad arces Hungariae oppugnandas, cum alioquin metuendum illi sit, ne vel pugnatione aliqua occupatum exercitus noster invadat vel cum caesareo exercitu se coniungat, multoque fortassis facilius sibi existimaturus sit patentissimis et expeditissimis in Regnum hoc itineribus prius huc bellum transferre atque hunc exercitum opprimere, cui praesertim non facile suppetiae ferri possent. Atque ita hoc exercitu deleto et Regno occupato, cuius robor<sup>n)</sup> in lacertis quasi exercitus eius omne futurum esset, multo expeditius deinde per hasce partes non solum Hungariam, sed etiam Moraviam et Austriam aggredi.

Quod si igitur tractandum aliquid de ratione hac belli diversis exercitiis gerendi esset,<sup>o)</sup> nostrae quidem nullae aliae partes esse possent, quam ut ad Regiam Maiestatem atque ordines prius de ea refferremus cognosceremusque, quam numero exercitu aggredi id se posse existimarent. Cum tamen tractationem hanc non sine omni fructu ab eo<sup>p)</sup> vehementer desideremus, quae nobis in mentem veniunt, privatim ex nostro sensu, non Regiae Maiestatis aut ordinum, ostendere non praetermitteremus.

In primis igitur, si persuadenda huiusmodi belli ratio esset, vix alia ratione id fieri posse existimamus. Quae ut non diutius tamen quam biennium, aut summum triennium eadem ratio susciperetur, postea vero vel, si fieri posset, etiam citius prior nihilominus illi finis propositus haberetur, ut coniunctum nimirum contra hostem cum res gereretur, etiam generali proelio decerneretur. Tantum enim abest, ut biennio vel triennio finiri bellum id posse putemus,<sup>r)</sup> ut tum potius maximis viribus<sup>s)</sup>

opus futurum iudicemus et optime nobiscum actum iri existimemus, si intra biennium difficultates eas, quae utranque partem remorari posse videntur, ut nos Tartaricum periculum in Hungaria, Caesareae Maiestatis<sup>1)</sup> arces praesidiaque Turcica potiora removere possemus. <sup>u)</sup> Quod tamen si duorum aut trium annorum spatium ad ea impedimenta de melio tollenda summeremus, non temere fortassis sperare possemus,<sup>v)</sup> Deo propitio, amovere nos interim ea posse.

Nam si Domini Oratores Caesareae Maiestatis duorum aut trium annorum spacio omnino debellari posse existimant atque ideo tam diu <sup>w)</sup> solum foedus futurum durare velint, facilius interim et a nobis Tartaros in ordinem redigi et Caesareae Maiestatis loca praesidiaque, quae maxime cursum belli remorari possent, recipereque totum bellum confici posse polliceri nobis possemus.

Itaque his impedimentis sublatis in id tandem incumbendum esset, ut caput hostis peteretur, et si forte in campum prodigere nollet, in ipsa urbe Constantinopoli a confoederatis nationibus infestaretur. Interim autem sive per duos sive per tres annos separatim bellum geri deberet. Existimamus nulla alia ratione Regnum Poloniae hanc aleam subire posse, quam multo numerosiore exercitu, et qui in communem exercitum conferri deberet, cum et Tartarus vicinus et fortassis totius Turcici exercitus vis sustinenda nobis foret, nemoque non videat, quanto nos periculo exponeremus, si saltem triginta aut quadraginta millium exercitu aggredi eam rem vellemus. Ante omnia providendum igitur esset, ut iustus exercitus compararetur, cuius maximam quidem partem Regia Maiestas et Regnum in se reciperet,<sup>x)</sup> partis<sup>z)</sup> autem minoris et vel tertiae, illius socii et confoederati. Neque vero contenti esse posse videmur milite eo solo, qui ex Regno conscriberetur, cum sciamus diversi generis milite ad conflictum huiusmodi opus fore, et maxime bono numero equitatus Germanici sclopetariorum.

Ut clarius agamus, de tota quidem re Sacrae Regiae Maiestati atque ordinibus integrum arbitrium relinquimus, sed tamen re aliquantum inter nos expensa et agitata ita existimamus: ad minimum <sup>y)</sup> sexaginta millibus opus fore, in quo etiam numero includeretur equitatus Germanicus, cuius sedecim millium numerus esse posset. Tanto etiam firmior exercitus futurus esset, et eo maiore spe victoriae aggredi rem possemus. Quod si forte verendum esset, ne de cessione hac nimis exercitus Caesareae Maiestatis debilitaretur, non deessent fortassis rationes <sup>aa)</sup> ex Prussia et Livonia aliquem numerum sclopetariorum conscribendi, si modo pecunia suppeditaretur, quibus deinde exercitiorum aliquot millia ex Caesareae Maiestatis exercitu <sup>ab)</sup> adici possent. Optaremus certe eam et hostilium et huius Regni virium rationem esse, ut etiam sine illis conditionibus simpliciter ad foedus hoc Regia Maiestas et ordines accedere possent. Sed cum res sit cum eo hoste, qui ex multorum eorumque florentissimorum Regnorum ruinis coacervatam potentiam habeat, huius autem Regni etsi Dei beneficio non postremae, unius tamen tantummodo Regni, opes sint, neminem prudentem reprehensurum speramus, si eas rationes requiramus, quae <sup>ac)</sup> non quidem omni periculo nos liberent, sine eo enim nihil magni suscipi posse scimus, sed tamen spem aliquam aggrediendi negocia afferant, ne temere et sine ratione tanto periculo exposuisse nos videri possimus.

Quamvis in hac quidem re id etiam considerare Illustrissimam Dominationem Vestram velimus: augendo eo numero militum separatim bel-

lum administrandum sit, non minus nobis ipsis oneris nos imponere, quam sociis aut cuiquam sociorum. Cum enim tertiam saltim partem stipendiorum praestandam nobis proponamus, aequae autem duas nostras, quas nos exhibere deberemus, augeamus, tantum abest, ut aliquid a nobis oneris transferamus, ut auxilio divino successuque futuro freti plus fortassis proponamus, quam nisi ex hostico spes aliqua exercitus deinde sustentandi esset, sustentare fortassis vires Regni huius possent.

Huiusmodi igitur referre ad Regiam Maiestatem atque ordines cuperemus, quibus ad societatem hanc magis et intenderentur et adducerentur. Cum enim <sup>ad)</sup> tam optabili bono (nescimus quidem quam durabili), sed tamen optatissimo pacis adducamur comittamurque cum hoste potentissimo, huiusmodi certe afferri cuperemus, quae persuadere aliquo modo ordinibus id possint. Propterea autem cuperemus, quod, quemadmodum saepe ostensum est, vehementer desideramus, ut tam sanctum negotium atque universae Reipublicae Christianae tam salutare eum, quem omnes optamus, exitum haberet.

Ut liberius autem id, quod sentimus, exponamus, valde vereri in mentem nobis venit, ne non modo inflammentur iis rebus ordinum animi, sed magis potius debilitentur, quod semper in omni hac tractatione ostendimus. Tria fere potissimum sunt, quae in hac re suscipienda maxime Regia Maiestas atque ordines spectare et ad quae omnia referre debeant: Unum, ut nervus belli seu vires societatis non modo iustae seu tales sint, quae aliqua ratione cum tantis opibus hostis comparari possint, verum si hostis in nos arma sua converteret, ad huius Regni defensionem omnes etiam transferrentur. Alterum, ut ita constitutae sint, ut quoad bellum durent illae quoque durent, atque ita praeclaris optatis <sup>ae)</sup> exitus etiam optatus respondeat. Tertium, ut quae convenissent, rata, certa firmaque esse possent.

De primo capite multis hactenus ultro citroque egimus,<sup>af)</sup> ut partim Caesareae Maiestatis Oratorum sententiam cognosceremus, partim nostram ostenderemus. Cumque vires istae duabus maxime rebus contineantur: milite et pecunia, quae de milite deque viribus omnibus ad huius Regni, si opus esset, defensionem transferendis agitata inter nos fuerunt, qualia fuerint, Dominatio Vestra Illustrissima memoria sine dubio tenet. De pecuniario subsidio vix tandem expressimus, ut quantum expectandum <sup>ag)</sup> in hoc tam grave ac periculosum bellum ordinibus esset, proferrent. Quod ipsum certe veremur, ne minus multo sit expectatione nostrorum. Etenim si mille equites Germanici stipendiis habendi Caesareae Maiestatis sint, vix <sup>ah)</sup> non tantum fere in eos erogandum fuerit, quantum Caesareae Maiestatis nomine subsidii in societatem hanc offertur, atque ita universum Regnum Poloniae tamque florentis Regni societas non pluris, quam mille equitum auxilium aestimari <sup>ai)</sup> videatur.

Ad alterum etiam caput, quod attinet de tempore, quo foedus seu societas ista durare debeat, cum ad duorum aut trium tantummodo annorum spacium restringere id velle videantur, addita clausula non satis nobis intellecta foederis offensivi ac defensivi, ut dicamus, quod res ista praeter expectationem certe nobis accidit. Optandum certe esset, ut vel primo anno debellaretur, sed magni fortassis miraculi loco habendum potius, si id accideret, esset, quam animo seu spe concipiendum. Cum praesertim videamus, cum per quatuor fere annos bellum iam geratur, quantum a fine adhuc absit, ut ingenue igitur dicamus quid sentimus, veremur, ne hoc ipsum, si ad ordines referatur, non solum spem omnem

negocii huius perficiendi amputet, verum etiam ne curiosiores aliqui ita interpretari velint, quasi hoc solum agatur, ut in palestra tantum cum hoste hoc deducamur, et cum illum in nos converterimus, in medio quasi periculo relinquamur.

De cautionibus nolumus repetere, quae ante acta sint, quales negotium hoc requirere videtur, quales nobis propositae sint, ex iis, quae ultro citroque sunt propositae, Illustrissima Dominatio Vestra ipsa facile iudicare poterit. Iam vero tam in omnibus iis rebus, quae connumeratae saepius sunt, quam aliis, quae agitatae inter nos fuerunt, quam <sup>ai)</sup> multa sine ullo responso praeterita, ad quae multa obscure vel ambigue potius responsum, quae multa interpretationem mutata,<sup>z)</sup> aut cum promissa antea fuerint, in dubium nunc revocata.

De generalatu Serenissimi Archiducis Maximiliani perfectione transactionis Bendzsiniensis,<sup>z)</sup> sine qua ut ad ulteriores tractatus ordines accederent, nullo modo sperandum toties ostendimus, quam vel nullum vel disertum certe responsum nullum fere elicere <sup>ak)</sup> potuimus. Cum tamen non modo etiam extra foedus iure ipso ea <sup>al)</sup> debeatur, sed ad firmam etiam animorum coniunctionem conciliandam omnesque suspiciones abolendas, si ulla, haec certe res vel maxime pertineat.

Induciae inter Transilvaniam et Moldaviam superioribus Comitibus ultro nomine partis eius petitae fuerunt. Nunc non modo litterae induciarum nullae adhuc editae sunt, sed ne responsum quidem ea de re scriptum ullum a Dominis Oratoribus Sacrae Caesareae Maiestatis referre potuimus. Valachiam et Moldaviam orasque vicinas ab initio mox tractationis huius semper praemium tanti periculi et belli huius ordines sibi proposerunt, non modo ad aliorum arbitrium reiiciuntur quae in hostis potestate adhuc sunt, sed praeterea nescimus, cuius etiam iuri, ne ei praeiudicetur, caveto; cumque nos non modo ipsam Constantinopolim atque universum adeo Imperium Turcicum in eum eventum, si Deus conatus hosce christianorum fortunaret, libenter diserteque Caesareae Maiestati cedamus, verum sanguinem etiam vitamque nostram, si de societate hac conveniret, impendere in bellum hoc parati sumus, ne de alieno quidem liberales esse volunt. Quam rem eo magis etiam suspectam facit, quod cum Illustrissimum Transilvaniae Principem foedere comprehendere velint, neque mandatarius tamen quisque eius hic apparuerit, neque mandatum ullum eius proferatur. Quae res inter se compositae et comparatae, quas <sup>am)</sup> suspiciones in Regiae Maiestatis atque ordinum animis afferre possint, non necesse est multis <sup>an)</sup> nos ostendere.

Non dicemus nunc et de plerisque et de tota fere re denuo etiam tanquam integra ad Sacram Caesaream Maiestatem referri. Quod si nostro exemplo fit, alia nostra ratio est. Nos enim cognoscere tantum debuimus, illi, ut qui invitarent nos, in iis praesertim, quae toties proposita illis fuerint, ea afferre, quae ita ad ordines referremus, ut tota de re statuere tandem ex iis Regia Maiestas atque ordines possent. Haec non adeo a nobis commemorantur, quo vel exaggeremus ea vel negotium per se satis multis difficultatibus obseptum difficilius etiam reddamus. Sed cum quae obstare ei videantur ostenderit, Illustrissima Dominatio Vestra proximis illa prudentia sua eo facilius et removeat illa et, iis sublatis, tam salutaris negotii perfecti laudem cum immortalis nominis sui fama <sup>ao)</sup> non modo assequatur, sed ad omnem etiam posteritatem transmittat. Ex quo cum ardens negotii huius perficiendi desiderium nostrum facile Illustrissima Dominatio Vestra perspicere possit, non dubitamus sane

pro singulari humanitate sua in optimam partem omnia ista accepturam Sanctissimoque Domino Nostro renunciaturam. Quod tamen ut faciat, nos quoque etiam atque etiam rogamus.

- |   |   |
|---|---|
| a) <i>in ms.</i> proponentus                          | w) <i>sequitur expunctum verbum:</i> bellum                     |
| b) <i>in ms.</i> quem                                 | x) <i>sequuntur expuncta verba:</i> cuius maximam quidem partem |
| c) <i>in ms.</i> ipsius                               | y) <i>in ms.</i> ad nimium                                      |
| d) <i>in ms.</i> vel                                  | aa) <i>in ms.</i> nationes                                      |
| e) <i>in ms.</i> hosce                                | ab) <i>in ms.</i> exercitum                                     |
| f) <i>in ms. correctum ex:</i> videntur               | ac) <i>in ms.</i> quem  |
| g) <i>correctum ex:</i> mutuos                        | ad) <i>sequitur expunctum verbum:</i> attamen                   |
| h) <i>in ms.</i> Dei                                  | ae) <i>in ms.</i> optis   |
| i) <i>in ms.</i> qdm quidem                           | af) <i>in ms.</i> agimus  |
| j) <i>sequitur expunctum verbum:</i> adduxit          | ag) <i>sequitur expunctum verbum:</i> noctem (sic).             |
| k) <i>in ms.</i> ratio (contractio: ro)               | ah) <i>in ms.</i> vis   |
| l) <i>in ms.</i> sita                                 | ai) <i>in ms.</i> aestimare                                     |
| m) <i>hoc verbum in ms. supra lineam additum est.</i> | aj) <i>in ms.</i> quem  |
| n) <i>sequitur expunctum verbum:</i> illa             | ak) <i>suprascriptum loco expuncti verbi:</i> dicere            |
| o) <i>in ms.</i> essent                               | al) <i>ea loco verbi alicuius expuncti suprascriptum.</i>       |
| p) <i>in ms.</i> ab re                                | am) <i>in ms.</i> quam  |
| r) <i>in ms.</i> putamus                              | an) <i>in ms.</i> noultis                                       |
| s) <i>sequitur verbum aliquod illegibile.</i>         | ao) <i>in ms.</i> cum immortalis nominis sui famam              |
| t) <i>in ms.</i> Caesaream Maiestatem                 | z) <i>sic in ms.</i>  |
| u)-v) <i>in margine.</i>                              |   |

N. 204.

s.l., s.d.

*Ignotus*

*ad usum officii*

*quaesita delegatorum Polonorum delegatis caesareis proposita.*

(*Exempl.*)

*A.M.F. F. 4293, f. 571.*

Quaesita Illustrissimorum Dominorum Senatorum Delegatorum, non in vim tractationis alicuius, sed agnoscendi causa tantum Illustrissimis Dominis Legatis Caesareis in eum finem proposita, ut iis cognitis, an ad tractatus accedere debeant aut possint, tanto rectius Regia Maiestas et ordines statuere queant.

Qui socii belli, quae cuiusque vires, quae genera militum, quot nimirum equites et quo genere armorum, quot pedites, qui duces, qui praefecti praecipui, qui apparatus bellicus.

De modo belli gerendi.

De sede belli.

De tempore conveniendi.

De loco conveniendi.

Quae partes regiae futurae sint, si ipse venerit.

De modo iuris reddendi in controversiis inter homines diversarum nationum.

De suppeditando commeatu, de precio victualium, id est pabuli omnis generis, carnis bubulae, vervecinae, porcinae, siliginis, tritici, leguminum, cervisiae.

Noster miles et Ungaricus, cum expeditores sint et eadem cum hoste armatura, an in prioribus agminibus futurus sit.

De stipendiis in tam numerosum exercitum nostrum, partim suppledis, partim prorogandis.

De praemiis belli.

An perpetua societas haec futura sit, ita ut pacem etiam tam ipsi Principes, quam Regna, Principatus, ditones consociatae inter se colant, nec unquam arma moveant et socii alios etiam christianos Principes ac Respublicas ad societatem invitent, et quibus possint rationibus persuadere enitantur, pristina foedera, pacta, transactiones ratae sint, nec quicquam societate hac illis derogetur.

An si praeter Turcam aliquis alius etiam, ac vel ex ipsa societate aliquem ex sociis, sive ipsum, aut Regna provinciae suae consociales,<sup>2)</sup> quocumque etiam iure vel alio praetextu bello lacesserent aut turbarent, aut subditi ipsi ab aliquo deficerent seu rebellarent, reliqua societas omnibus viribus, bona fide huiusmodi Principi, Regno, provinciae opem latura sit ac non modo consociata Regna, provincias, Principes<sup>a)</sup> turbare non passura, sed neque hostile huiusmodi aliquid tentantes, turbatores aut perduelles receptatura, transitum illis praebitura, consilio, ope favoreque ullo coadiuvatura, sed omnibus viribus prohibitura<sup>b)</sup> et contestatura<sup>c)</sup> sit.

De modo certitudinis rerum omnium harum.

a) sequitur expunctum: non

c) in ms. contestitura

b) in ms. prodibitura

z) sic in ms.

N. 205.

Cracoviae, 28.III.1595.

*Ignotus*

*ad rei memoriam*

*refert responsum regis Poloniae [Sigismundi III] oratoribus imperatoris [Rudolphi II] datum: Stanislao [Pawłowski] et Venceslao Berg.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 572-573.*

Responsum Sacrae Caesareae Maiestatis oratoribus et consiliariis, Reverendissimo et Illustrissimo Domino Stanislao Episcopo Olmucensi et Wencislao Bergae Baroni de Daub et Leip in Dichenburgk, Regiae Aulae Regni Bohemiae Marescialco, a Sacra<sup>a)</sup> Maiestate Regia datum e Comitibus Regni generalibus Cracoviae die 28 Martii 1595.

Quod Sacra Caesarea Maiestas per Reverendissimam et Illustrissimas Dominationes Vestras foelicem reditum ex paterno Regno Sueciae Sacrae Regiae Maiestati gratulatur et omnia fausta et foelicia eidem precatur, maximas Sacrae Caesareae Maiestati gratias agit vicissimque omnium

rerum prosperrimos successus, contra hostem praesertim ipsius et universae Christianitatis, eidem precatur.

Querelas Sacrae Caesareae Maiestatis de Turcarum iniuriis omniaque Regna christiana occupandi libidine, in omni autem amicitia et foedere inconstantia, nimis veras esse Sacra Regia Maiestas facile agnoscit, utque non modo in aliis tot Regnis et populis christianis, in miserrimam servitutem redactis, quam fluxa illorum fides quamque nihil ab illis tutum sit, iam diu perspectum habeat, verum nuper etiam in Regno suo re ipsa experta fuerit. Cum enim a tot annis sanctissime a maioribus suis cultam cum Domo Othomanica pacem per manus quasi accepisset, ita etiam, quantum in illa fuit, non modo nulla re eam violasset, verum partim per oratores suos eam renovasset, partim omnibus rebus observasset, praeter opinionem tamen suam, cum nihil minus expectaret, per absentiam in paterno Regno, graviore fere ab illo iniuria affecta fuit, quam ab aperto hoste proficisci potuisset. Quod enim ut vetustissimae paci a se nuper redintegratae et recentibus promissis ipsius, per oratorem suum a se delatis, non temere diffidendum sibi Regia Maiestas existimavit, ita etiam ex Regno hoc profecta fuerat, ut nullo hostili metu aut graviore periculo ab hoste imminente, nulla maiora etiam praesidia relinqueret. Qua occasione captata, non modo Tartaros, quos in officio retenturum se ultro promiserat, per fines Regiae Maiestatis in Ungariam misit, verum etiam alam equitatus sui ducemque itineris de comitatu suo illis Czausium addidit, a quibus non modo pax ea et foedus violatum, verum fines etiam, per quos transierunt, omni genere maleficii et iniuriae vexati fuerunt.<sup>b)</sup>

Quod cum in altissima pace et praeter expectationem suam et ipsius Aulae Turcicae repentissima promissa oblatum Regiae Maiestati Regnoque huic fuerit, quid iniuria <sup>c)</sup> hac animis iam irritatis paceque ipsa in dubium vocata, ulterius expectandum sibi sit, facile Regia Maiestas amplissimique Regni huius ordines intelligunt omninoque utrumque satis vident, et universae Christianitati nihil ab eo hoste pacati expectandum esse, quodque periculum alia Regna christiana iam absumpsit,<sup>d)</sup> idem omnium cervicibus imminere, et nullam aliam communis periculi propulsandi vel commodiorem vel tutiorem rationem esse societate tali, ad quam iam a Caesarea Maiestate invitatur, in qua nimirum omnes Principes christiani vires consiliaque sua contra communem hostem coniungant. Quoniam ipsa tamen Regia Maiestas amplissimique huius Regni ordines certi aliquid nunc hac de re statuere non potuerint, cum eae causae ac difficultates, quae oretenus Dominationibus Vestris expositae sunt, tum senior Reverendissimae et Illustrissimarum Dominationum Vestrarum adventus ipsaque angustia temporis, qua Comitiorum tempus legibus circumscriptum est, et quod neque ipsae Reverendissima et Illustrissimae Dominationes Vestrae plena de omnibus ad eam rem pertinentibus mandata habuerint, effecerunt.

Id tamen Sacra Regia Maiestas et amplissimi ordines praestiterunt, ut, si Sacra Caesarea Maiestas et alii confoederati Principes <sup>e)</sup> aliquid amplius in eo negotio agere voluerint cum Sacra Regia Maiestate et certis senatorii et equestris ordinis viris, qui ad eam rem autoritate horum Comitiorum delegati sunt, consilia sua conferant. Ubi autem de rebus istis, quae Dominationibus Vestris iam notae sunt, aliquid certi et solidi allatum fuerit, ex decreto horum Comitiorum alia, extra ordinem, solius istius negotii causa sine mora indicet, in quibus ea, quae a Caesarea Maiestate et aliis Principibus proposita fuerint, ordinibus declarabit ac omni-

bus tandem bene perpensis ea, quae ad salutem totius Christianitatis et Regni istius pertinebunt, definire et statuere non intermittet.

Interim, ut Reverendissima et Illustrissima Dominationes Vestrae studia officiaque sua tanquam a cognato, affine et vicino Principe, diligenter Sacrae Caesareae Maiestati deferant foelicissimos quoque rerum successus iterum atque iterum precentur, a Dominationibus Vestris, quibus etiam benevolentiam suam prolixè defert, postulat.

a) in ms. sequitur expunctum: Caes.

d) sequitur expunctum verbum: iidem

b) sequitur expunctum verbum: quod

e) sequitur expunctum verbum: et

c) verbum: iniuria in ms. bis occurrit.

N. 206.

s.l., s.d.

*Ignotus*

*ad rei memoriam*

*de prospectata expeditione exercitus Poloni contra Tartaros, cancellario [Ioanne Zamoycki] duce.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 575.*

Expeditio contra Tartaros mature concludenda est, ne ante tempus agendi consultando absumatur, aut consilia divulgata et ad effectum non perducta hosti multis victoriis elato maiorem adhuc animum, quam si omnino sileremus, facerent. Statim opus esset 200000 florenorum, ut militibus distribuere. 80000 ex quarta haberi possunt, 120000 mutuo essent accipienda. Commeatum per Borystenam <sup>2)</sup> Thesaurarius Lituanicus subvehat. Exercitus debet constare ex 40000, hastatoque 6000, pixidiariorum 2000, peditum 4000, Kosacorum, et Vibranciis universis 6000.

Regia Maiestas viros militares, quos Dominus Cancellarius proponet, evocet, exercitum quamprimum conscribat; ut pecunia, commeatus, tormenta, apparatus bellicus subministrentur, curam in se suscipiat, ita ut omnia ista ultimis diebus Iunii in finibus Regni Domino Cancellario tradantur.

Dominus Cancellarius post aliquot hebdomadas iam in Podoliam se conferet, Sarigrodae, quod castrum prope a Dnestro amne abest, milites et reliqua bellica instrumenta, quae Regia Maiestas mittet, expectabit.

Propositum Domini Cancellarii est, ut in ipsis finibus Regni exercitum coniungat et intra amnes Tyram (nos Dnestrum vocamus) et Borystenem procedat, tam Tartaros, qui ad laevam trans Borystenem, quam Turcas, qui ad dextram trans Dnestrum et Danubium, observans. Si copiam pugnandi Tartari facerent, quod arbitrantur, ut in istis campis cum illis confligat. Sin pugnam detrectaverint, ut transmisso Borystene Chersonesum Tauricam, <sup>a)</sup> quam Perekop vocamus, vastet et diripiet, munitio- nem aliquam ibi constituat, in qua ordinarium praesidium Regno et Cosakos istos, qui ociosi plurimum damnum Regno inferunt, constituat.

*Sub textu:* Modus, quo Poloni se ad bellum contra Tartaros parare cogitant.

a) correctum ex: Taurigam vel Taurogam

z) sic in ms.

*Non nominati dignitarii Poloni  
ad legatum pontificium [Caetani]  
ad propositas condiciones confoederationis contra Turcas ineundae re-  
spondent.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 576-580.*

Illustrissime ac Reverendissime Domine.

Cum ita in proximo consessu convenerit, ut hodierno die animum<sup>a)</sup> nostrum de condicionibus confederationis contra Turcam aperiremus, quam brevissime nunc faciendum id existimavimus. In primis autem Sanctissimi Domini Nostri divina in negotio hoc, Reipublicae Christianae tam salutari tamque necessario, procurando pietas atque eximium studium summa veneratione praedicandum nobis est, huiusmodi certe, quod nullae unquam litterae taciturnae, nulla non aetas veneratura sit. Non minores vero gratias Illustrissimae etiam Dominationi Vestrae agimus, quae cum ea generis nobilitate, splendore, dignitate, fama atque usu rerum Cardinalis ad negotium hoc tractandum a Sanctissimo Domino Nostro missa sit, tanta diligentia atque consilio in negotio hoc versatur, ut ardentissime Sanctissimi Domini Nostri voluntatis atque sanctissimi desiderii in Illustrissimae Dominationis Vestrae cura atque summo studio, summa cum prudentia coniuncto, imaginem quasi quandam videamus.

Cum autem in omnibus rebus et paternum amorem Sanctitatis Suae erga Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, atque Regnum hoc facile perspicimus et prudentiam admiremur, tum non minus in ea, quod rumoribus, quos de Regia Maiestate atque Regno hoc delatos ad Sanctitatem Suam intelligimus, fidem non adhibendam Sanctitas Sua putarit. Ita enim persuadere nonnullos Sanctitati Suae voluisse videmus, quasi re vera Maiestas Sua Regia et ordines Regni huius nullo foedere cum christianis alligari, nullo bello lacerare barbaros vellent, conventus consiliaque, quae hisce de rebus haberent, magis in speciem ostenderent, quam serio negotium hoc agerent. Quibus rumoribus quod Sanctitas Sua non crediderit, dignam certe rem et eximia sapientia sua et perpetua in Regnum hoc clementia fecit. Nos quidem ita nos persuademus, si diligentius aliquando ea, quae in negotium hoc hactenus intercesserunt, inspecta fuerint, facile Sanctitatem Suam atque omnes adeo perspecturos non modo per quemvis potius, quam per Regiam Maiestatem atque ordines stare, quominus actum aliquid adhuc sit, sed plus etiam ab illis praestitum, quam expectari fortassis potuerit.

In primis Comitibus, hoc ipso in loco, Cracoviae nimirum, habitis, in quibus a Caesarea Maiestate per Reverendissimos et Illustres Dominos Episcopum Olmucensem et Venceslaum Berka de societate hac appellati, Regia Maiestas atque ordines, primum fuerunt, quantum memoria repetere possumus, nomine Sanctissimi Domini Nostri, publice nihil cum illis actum fuit. Cuius rei vel ipsum Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Episcopum Sancti Severi, hic praesentem, testem habere possumus. Et si autem in tam gravi praesertim re Sanctae Sedis Apostolicae auctoritatem maxime Sacra Regia Maiestas atque ordines spectare debuissent, non tum reiecta ob id ab illis fuit, sed cum primarii aliqui ex

Senatu et equestri ordine ad legatos caesareos de ea allegati, tum condiciones negotii huius ab iisdem propositae atque aliquot congressibus agitatae fuerunt. Cum Regia Maiestas atque ordines summum eius rei studium ostendissent, a Caesarea Maiestatis Electorumque Imperii legatis, cum partim serius venissent, partim mandata plena se non habere dicerent, nescimus quomodo imperfectum negotium relictum fuit. Tributum tamen hoc illisulantibus atque ipsi adeo causae fuit, ut delegati a Regia Maiestate atque ordinibus darentur, qui et extra Comitiam cum Caesarea Maiestatis aliorumque, ad quos ea res pertinere posset, legatis agerent.

Annus fere integer elapsus fuit, cum nihil fere a Caesarea Maiestate, nihil a Principibus Imperii, nihil a quoquam alio actum amplius hac de re fuit, ita ut desertum iam plane atque relictum negotium hoc a pleisque putaretur, donec in proxime praeteritis Comitibus cum a Sanctissimo Domino Nostro summa cum cura atque studio, tum a Caesarea Maiestate per legatos eius iterum renovatum fuit. Magnam in spem Regia Maiestas atque ordines venerant, cum tantum temporis intercessisset, intra quod cum Principibus Imperii atque aliis communicari potuisset, fore, ut iam tandem certi aliquid de his maxime condicionibus, quae antea agitatae fuissent, afferrent. Congressi aliquoties cum iis iterum fuerunt primarii aliquot ex utroque ordine, a Regia Maiestate atque ordinibus delegati. Et si formulas mandatorum amplissimas ab initio exhibuissent, postquam ad rem ipsam tamen ventum fuisset, aperte diserteque cum voce, tum scripto, professi legati Sacrae Caesareae Maiestatis fuerunt nullam se quicquam concludendi aut statuendi facultatem habere. Praesentes hic sunt Reverendissimus et Illustres, Dominus Episcopus Wratislaviensis et Dominus Adamus Gallus Popel, memoriam eorum appellamus.

Ne hac quidem mora tamen Sacra Regia Maiestas atque ordines absterriti, iterum ad negotii huius tractationem, iisdem Caesareae Maiestatis legatis urgentibus, nos delegarunt, non sine gravi certe periculo, inter incertae societatis et certi fere belli periculique a barbaris, dum pax cum illis differtur, exspectationem. Quid amplius a Regia Maiestate praestari vel potuerit vel debuerit, nos certe non reperimus, cum praesertim non pauca et antehac intercessisse et nunc etiam intercedere ostendere possimus, quae ordines a confoederatione hac, si non abstertere, refrigerare tamen quodammodo studium atque ardorem eorum poterant. Primum, ipsa periculi magnitudo, quo non debemus dissimulare nos moveri, tam vicino praesertim, Regnique ab ea parte maxime fere patentis, et a duplici quidem hoste cervicibus imminente, cum universam fere Christianitatem, partim multis terrarum spaciis ab eo distinctam, partim plurimis fortissimisque propugnaculis contra id munitam, tantopere promoveri eo videamus, cumque in simili causa prudentissimum olim Principem Maximilianum II divinae memoriae, quamvis potentissimorum eorundemque coniunctissimorum Principum foedere contra Turcas abstinuisse recordemur.

Iam vero praeter commune periculum non pauca alia propria sunt, quae magis etiam quodammodo attingere nos videntur. In recente adeo memoria Bedzinensis adhuc transactio versatur, aliquot rebus ad hunc usque diem nondum expleta servataque. Occasiones factionum in Regno praebitae, nuperque adeo latrocinia Cozaccorum, ab ipsa quasi Ungaria et congressu fere cum Serenissimo Arciduce Maximiliano eorundem non modo prius in confoederatas provincias, sed in ipsum etiam Regnum

grassantia, cui rei vel ipsa signa, aliqua instrumenta militaria Sacrae Caesareae Maiestatis, Serenissimi Arciducis Maximiliani, Illustrissimi Principis Transilvaniae, una cum ipso duce latronum capta, indicio esse possint. Accedit huc invidia ob Valachiam, unaque cum ea magnam vicinarum provinciarum partem non tam pacatam, quam conservatam, Regiae tamen Maiestati atque Regno huic apud omnes fere Principes atque populos christianos concitata, recentissime autem cum proximis Comitibus de certis induciis inter Valachiam et Transilvaniam convenisset, easque Illustrissimi ac Reverendissimi tam Nuncii Apostolici, quam Legati Caesarei, sine ulla dubitatione non modo recepissent, verum ultro ipsi postulassent et obtinuissent, a Caesarea tamen Maiestate re ad Transilvaniae Principem reiecta, hucusque ductae ac ne nunc quidem praestitae sunt.

Quae quidem omnia aliaque non pauca cum, ut nihil aliud dicamus, omnia tamen diligenter circumspiciendi iustam causam ordinibus praebere, exque praeteritarum rerum et earum, quae fierent, eventu, futurarum etiam non levem curam iniicerent, tantum tamen apud Regiam Maiestatem atque ordines cum Sanctissimi Domini Nostri auctoritas, tum Nuncii eius, Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Malaspinæ, Episcopi Sancti Severi, indefessum studium atque diligentia, tum in ipsius etiam Regiae Maiestatis atque ordinum mentibus incredibilis quidam in communem hanc Christianitatis causam ardor exciatus valuerunt, ut ne iis quidem rebus, quae supra commemoratae sunt, quamvis gravissimis, deterreri se passi, ad tractationem hanc promptissime tamen accederent. Et nunc adeo, quo ad optatum tandem aliquem finem eius perveniretur, neque labori, neque molestiae, neque sumptui ulli parcere voluerint.

Ad nos etiam quod attinet, quod constans perpetuumque Sacrae Regiae Maiestatis atque ordinum studium in causam hanc fuit, idem nos quoque ad eam afferimus eoque candore atque sinceritate versaturos nos in eo promittimus, ut nihil Illustrissimam Dominationem Vestram desideraturam in nobis speremus. Illud quidem ab initio testificandum nobis est nullam sane quicquam concludendi facultatem nos habere, sed agendi tantum tractandique. Quaeque tractando aperta excussaue fuerint, ad Regiam Maiestatem vel etiam ordines, si ita res postulaverit, referendi. Quod et gravissimum negotium hoc sit et huiusmodi, quod ad omnes pertineat, maxime autem quod ex litteris demum, quas<sup>b)</sup> Caesareae Maiestatis Oratores ad pristina postulata ordinum allaturi essent, tota de re statuendum sibi ordines existimarent, ita ut quae vel nunc vel posthac in negotio nostro agerentur dicerenturque, non obligationis alicuius, sed tractationis tantum vim habere velimus.

Ad condiciones deinde confoederationis huius quod attinet, non existimamus sane a nobis aliquas exspectari debere, cum et ante iam in binis Comitibus nomine Sacrae Regiae Maiestatis atque ordinum certae condiciones non modo propositae, sed scripto etiam cum legatis Sacrae Caesareae Maiestatis communicatae sint. Et quod Illustrissimae Dominationes eorum plena de his mandata se habere negarent, nunc potius ab illis responsum ad eas exspectamus, quam quicquam ipsi proponere debeamus. Ut tamen Illustrissimae Dominationes eorum sciant, de quibus maxime declarationem eorum seu Sacrae Caesareae Maiestatis requiramus, aliquas commemorare non praetermitteremus; non omnes nimirum, sed eas tantum, quae vel graviores nobis videntur, quibusve maxime negotium hoc contineri existimemus, vel ad quas plenius responsum Regia Maiestas atque ordines adhuc exspectent. Ad quas cum legati Caesareae

Maiestatis diserte responderint, ut nostram etiam sententiam de his quamprimum ostendamus, non inviti faciemus.

Prima in hoc genere condicio est de sociis belli. In quibus ultra Sanctissimum Dominum Nostrum, Sacrum Cardinalium Collegium, Serenissimum Hispaniarum Regem Principesque Italiae, Romani etiam Imperii ac Moschi societatem, ultro nomine Caesareae Maiestatis oblatam propositamque ordinibus fuisse cum ipsos memoria tenere arbitramur, tum vel orationes ipsae typis redditae testantur. De his igitur quid certi solidique nunc afferant, in primis requirendum sibi ordines putant. Alterum caput ad vires belli contra tam potentem hostem pertinet, cuius aliquot, quemadmodum meminerunt, partes sunt. Nam et de numero militum et apparatu belli et subsidio pecuniario, utque perpetua ea sint, quoad bellum duret, et commeatu similibusque rebus aliis in superiorum Comitiorum tractatione plerisque iam fere promissis, in eo definiendum certique aliquid ostendendum nunc est. Proximum huic de ratione belli gerendi est. In qua de sede potissimum belli et an inferendum, an propulsandum sit, maximeque si in hoc Regnum arma converteret, de exercitu viribusque omnibus ad huius defensionem huc transferendis, tum eius generis rebus statuendum. Non minoris etiam momenti condicio est, quae ad Serenissimum Maximilianum Arciducem pertinet.

De hac duo potissimum in superioribus tractationibus promissa recordari Illustrissimas Dominationes eorum arbitramur. Unum, transactioni Bedzinensi per omnia satisfactorum, quemadmodum et Ungariae ordines. Alterum, exercitui pro Generali non praefectum eum iri. De eorum igitur non tam praestatione, ut quae ante promissa sint, sed loco, tempore, modo ac certitudine praestandorum certius iam aliquid etiam determinandum. Reliquae ex potioribus condicionibus sunt: de praemiis belli, de pace absque Regia Maiestate atque ordinibus non facienda, de cautione denique ac certitudine omnium rerum harum. Sunt quidem praeter hasce aliae etiam nonnullae condiciones, sed quemadmodum ostendimus, praecipuas tantum et eas, in quibus maxime negotium versari existimaremus, partim etiam, quod cum de hisce convenerit, de reliquis facilius deinde conventurum speremus. Non modo autem iniqui nihil, sed ne difficilis quidem rei quicquam illis urgendis postulare se ordines existimant, cum non modo in tanti periculi communione nemo repraesahendi possit, si securitati publicae quam maxime prospectum velit, sed nomine Sanctissimi Domini Nostri ac Caesareae Maiestatis pleraque ultro etiam in iis iam ante partim proposita, partim promissa, ipsorum Caesareorum Legatorum, tum maxime etiam Dominorum Nunciorum Apostolicorum et orationibus et sermonibus et scriptis responsis doceri possit. Quod si tamen Illustrissimae Dominationi Vestrae aliquae ex hisce condicionibus difficiliore viderentur, Illustrissimae Dominationis Vestrae arbitrio atque prudentiae non inutili permittimus, ut a quacunque condicione visum illi fuerit, tractandi initium fiat. Pro nostro enim candore atque sinceritate, quam testatam Illustrissimae Dominationi Vestrae per omnia in negotio hoc cupimus, non tam externam speciem aut nomina, quam rem ipsam spectabimus.

Sacrae Regiae Maiestati etiam atque ordinibus, quod in tanto periculo adeundo communicandoque cum dignitatis aliqua, tum in primis securitatis publicae ratio proposita sit, neque Sanctissimum Dominum Nostrum, neque Illustrissimam Dominationem Vestram, neque quenquam vitio versurum speramus. Ita enim Regnum hoc in acie quasi contra tot barbararum gentium mundatione pro reliqua Christianitate expositum

et meritum de Christianitate, et adhuc mereri posse existimant, ut neque periculo alicui temere id obiici Sanctissimum Dominum Nostrum ipsum velle existiment et cum Sanctissimi Domini Nostri, tum Illustrissimae Dominationis Vestrae favore non indignum putent, cum quidem utrique et Regiam Maiestatem universumque Regnum, tum nos quoque iterum atque iterum commendamus.

a) in *ms. contractio*: smum nrum (*forsitan*: sensum nostrum?)

b) in *ms. quae*

N. 208.

s.l. [1596].

*Oratores imperatoris [Rudolphi II]  
cardinali Caetani, legato pontificio  
acceptis eiusdem legati litteris, in quibus conditiones Polonorum ad societatem contra Turcas ineundam exponuntur, respondent.*

(*Exempl.*)

*A.M.F. F. 4293, f. 581-582.*

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Domine Observandissime.

Ex illa subnotatione, quam hestern<sup>a</sup>) die Illustrissima Dominatio Vestra ad nos misit, excerpta ex uberiore scripto Dominorum Deputatorum Polonorum, cuius nobis scripti non est copia facta, intelleximus cupere Dominationem Vestram Illustrissimam, ut de potioribus quibusdam ineundi foederis condicionibus quae Sacrae Caesareae Maiestatis sententia sit quaeque condicionum illarum ineundarum certitudo esse posset, breviter ac dilucide explicemus.

Qua in re lubenter ac merito Illustrissimae Dominationis Vestrae desiderio ac voluntati morem gerimus, cum hac sola de causa a praefata Maiestate Caesarea huc missi simus, ut de condicionibus illis pressius et exactius dispiciatur ac tandem, aspirante divina clementia, certi in iis aliquid, si qua ratione fieri possit, conveniat. Itaque mentem Suae Maiestatis Caesareae Illustrissimae Dominationi Vestrae pro candore nostro lubenter aperiemus, nihil ambigentes, eodem candore scriptum hoc nostrum, quod Illustrissimae Dominationi Vestrae offerimus, ab ea acceptum. ac si (quod omen Deus avertat) de re tota inter partes convenire fortasse non possit, in nullum Caesareae Maiestatis praeiudicium vel incommodum interpretatum iri.

## I

Primum igitur caput de sociis belli fuerat. Ad quod ex praescripto mandatorum nostrorum respondemus: Si de sociorum, qui proprie socii atque confoederati appellantur, numero ac certitudine quaeratur, in hanc societatem ac foedus convenire posse ac debere: primum, Sanctissimum Dominum Nostrum Clementem VIII Pontificem Maximum cum Sacro

Cardinalium Collegio, qua omni de re nemo melius atque rectius, quam ipsa Dominatio Vestra Illustrissima atque Reverendissima, potest significare. Accedet deinde Sacra Caesarea Maiestas cum Regnis atque dominiis suis Ungaria, Bohemia, Austria, Moravia et Silesia, a quibus Regnis ac dominiis suis Maiestas Sua Caesarea iam tunc ad hoc foedus ferendum atque conficiendum amplissima mandata accepit, superioribus proximis Warsaviensibus Comitibus edita atque ostensa. Et quia Illustrissimus Transilvaniae Princeps iam ante cum Maiestate Sua Caesarea in hoc sociali bello coniunctus est, cupit et omnino vult Maiestas Sua Caesarea, ut ipse quoque Transilvaniae Princeps comprehensus hoc foedere intelligatur.

Stiria vero, Carinthia et Tirolensis provinciae, tametsi immediate Maiestati Suae Caesareae non sint subditae, quotiescunque tamen sive de bello sive de induciis Turcicis agatur, una cum provinciis Suae Caesareae Maiestatis ipsae quoque comprehenduntur. Quam ob rem illarum ratione nulla posset difficultas oboriri.

Porro, de Sacri Romani Imperii Principibus atque ordinibus huc etiam foederi peculiariter adiungendis Sacra Caesarea Maiestas apud Electores Imperii diligenter hactenus institit, sed nihil certi responsi impetrare potuit. Quocirca eadem de re, utpote quae in manu Suae Caesareae Maiestatis non sit, nihil etiam certi ac definiti spondere Maiestas Sua Caesarea potest. Urgere tamen negotium ne nunc quidem cessat. Atqui hoc interea tacendum non est Imperii status atque ordines, quamquam foedere Antiturcico proprie sic dicto comprehensi non sint, tamen auxilia Antiturcica et hactenus largissime promississe et re ipsa praestitisse, et etiam nunc praestare et Caesareae Maiestati Suae dispositionem auxiliorum illorum praestitorum atque praestandorum, dummodo contra Turcam adhibeantur, liberam plane relinquere. Neque vero ulli dubium esse debet, cum durante periculo hoc belli eadem etiam deinceps sint, ac fortassis etiam maiora auxilia praestaturi.

Quod etiam, quod auxilia scilicet praestita atque praestanda, de Potentissimo Hispaniarum Rege, cuius eadem fere ratio est, diu recte potest, nam et ille, quantumvis peculiari foedere Antiturcico Maiestati Suae Caesareae non sit coniunctus, valida tamen cum primis auxilia Maiestati Suae hactenus praestitit, cum superioribus annis et magnam pecuniae vim Suae Caesareae Maiestati representarit et classem etiam in mari Mediterraneo aluerit, per quam gravia Turcis damna intulit, et hoc ipso anno classem armatam in eodem mari Mediterraneo paratam et instructam habeat ad Turcarum conatus ibi locorum pro viribus reprimendos ipsasque Turcae dictiones<sup>2)</sup> hostiliter invadendas.

Ad Moscoviae Ducem, qui superiori anno non contemnendo, sed liberali plane munere Maiestati Suae Caesareae subvenit, nunc vicissim solemnis legatio caesariana mittitur in hunc unicum ac praecipuum finem, ut per Caesaream Maiestatem contra Turcas ac Tartaros animetur atque incitetur et ad foedus hoc commune amplectendum quam diligentissime invitetur.

Italiae Principes potiores quoque, excepta Republica Veneta, praeclaram hactenus in auxiliis praestandis operam collocarunt, quam etiam deinceps procul dubio praestabunt. De peculiari autem ad foedus hoc accessione quid de ipsis promitti queat, nemo forte melius, quam ipsa Illustrissima Dominatio Vestra, dixerit.

Superest, ut Domini Poloni (quod iam saepenumero factum est) iterum iterumque rogentur, ut certis hoc pacto foederis sociis, deinde vero etiam auxiliantibus copiis perspectis atque intellectis, ipsi quoque suam

mentem aperiant et cum praefatis sociis, non sine spe plurium quotidie accessorum, amice sese coniungant. Qua in re efficienda atque impetranda plurimum poterit Illustrissimae Dominationis Vestrae et auctoritas et industria. Atque haec de primo capite.

## II

Alterum caput circa vires belli sociales versatur, quod in plura minora capita rursus distinctum est.

Ac primum quidem ad Maiestatis Suae Caesareae vires atque facultates in hoc bello sustinendum quod attinet, non est necesse ea repetere, quae superiore hoc quadriennio Suae Caesareae Maiestatis auspiciis gesta sunt, cum in oculis et memoria omnium versentur. Sic tamen Maiestatem Suam vires suas exploratas habere, ut e Regnis ac provinciis suis, computatis Transilvanicis copiis, ad hanc societatem et bellum exercitum, tum equitum, tum peditum, armare atque alere possit 60 millium hominum.

De instrumento deinde bellico aliisque ad castra necessariis rebus, cum diversi debeant esse sociorum exercitus, quivis sibi suisque posset perspicere.

Porro, ad subsidium pecuniarium quod actinet,<sup>z)</sup> nemo quidem non videt facultates Maiestatis Suae Caesareae, quae myriadas aliquot in singulos cogitur annos in hoc bellum expendere, non leviter sane exhauriri. Verumtamen ut hac etiam in parte voluntatem suam sane pronam ad hoc foedus faciendum ostendat, se de tempore exercitus Polonici educendi et habendi deque pecunia eroganda cum termino, tum modis conveniret, paratissimam esse aliquod subsidium pecuniarium praestare. Quibus duabus condicionibus discussis, aliis dabitur responsum.

*In margine superiori: Caesareorum Oratorum responsum.*

a) in ms. externa

z) sic in ms.

N. 209.

s.l. [1596].

*Cardinalis [Caetani], legatus [Clementis VIII],  
oratoribus imperatoris Rudolphi II  
ad responsum eorum de conditionibus Polonicis (v. N. praecedentem)  
respondet.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 583.*

Circa primam condicionem de sociis belli Pontifex eo modo, quo actum fuit in foedere tempore Pii V cum Rege Hispaniarum et Dominio Venetorum, se obligabit.

De Serenissimo Rege Hispaniarum, iam multa tribuit et tribuet auxilia Caesareae Maiestati et ex subsidiis, quae singulis annis percipit ex

concessione apostolica ex clero Hispaniarum, solet et tenetur comparare classem<sup>a)</sup> maritimam contra Turcas, prout hoc anno et superiori fecit. Quod distrahet maime Turcicas vires.

Quoad alios Principes Italiae, exceptis Venetis, non solent in confederatione nominari, sed fere semper cum Summo Pontifice vires coniungunt.

Quod pertinet ad Imperium, Domini Oratores Caesaris clare explicabunt, quid possit praestare Caesarea Maiestas, et ideo voce aliqua explicaverim, remitto tamen me scripto, quod ipsi tradent. Nihil etiam de nervo belli, neque de genere militum attingere visum est, cum diu haec reserventur explicanda Caesaris Oratoribus.

De sede belli et de ratione belli administrandi nihil potest certo statui, nisi prius observentur consilia et conatus hostium et consulentur imperatores exercituum et audiantur eorum sententiae. Si tamen aliquid habent Dominationes Vestrae Illustrissimae, quod cupiant, illud proponere poterunt. Auditis etiam Caesareis Oratoribus, omnia plane examinabuntur, ut certa aliqua determinatio iniri possit.

Subsidium pecuniarium tam Caesar, quam Pontifex, praestabunt. Et quod attinet ad Pontificem, est iam paratum.

Satisfiet transactioni Bedzinensi, cautiones possibiles et honestae dabuntur, et possunt excogitare et proponere, quae magis ipsis expedire videbuntur.

Quoad Generalatum Maximiliani, rogo, Dominationes Vestrae Illustrissimae honestiorem modum excogitent, quo possit eorum voluntati satisfieri, et animi non magis exsulcerentur.

*In margine superiori: Illustrissimi Legati responsum.*

a) in ms. clavem

N. 210.

s.l., s.d.

[*Stephanus Bathoreus?*]

*ad rerum memoriam*

*descriptio pagnarum quarundam in Transilvania, quibus Stephanus Bathoreus adolescens interfuit.*

*(Exempl. aut concept.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 587-590.*

Suendius Zathmarum occupat, Erdeodium obsidet, dedicione capit. Stephanus Bathori pro paciscendis induciis ad Suendum mittitur, induciae fiunt. Bathor ad confirmandas condiciones aut amplificandas ad Ges venit. Bekessius legatus in portu Principem Transsilvanum spe replet, terret vero, si cum Germanis pacem faciat, Georgium Bebek per Solimanum traditum, defensionem amplissimam oblatam, mandata severa ad Bassas Budensem et Themesiensem,<sup>a)</sup> ut ad arbitrium prius Transsilvani facerent, obtenta. Sed et in persona sua futuro anno Solimanum advenire et causam Ioannis Vlasti promississe. His rebus Senatorum prius animum,<sup>b)</sup> natura sua varium, immutatum.<sup>c)</sup> Exercitum conscriptum

atque Turcarum viribus auctum Zathmarium duxisse, atque tentato assaltu monticuli, qui proxime ad portam civitatis erat, a Suendio reiectus, desperata oppugnacione Zathmari, Erdenodium revertitur et obsidet.

Suendius elabendi tempus nactus, relictis presidariis, se versus Tebiscum proripuit. Quod si Ioannes perstitisset in oppugnacione Zathmarii, pro inopia armorum cogebatur Suendius extrema tentare, et aut turpem fugam aut imparem et exciosam aleam belli subire. Tanto igitur discrimine liberatus, ad Tebiscum castra posuit et munivit. Ioannes sequitur totis copiis, levia certamina intercesserunt. Sed postea Passa Budensis, sive corruptus pecunia, sive ab Imperatore Turcarum de pace composita premonitus, discessit.

Ioannes per se impar <sup>d)</sup> persequendo Suendio, Erdenodium revertitur, dedicione capit. Sed Turcha omnes occidit aut capit. Ioannes domum revertitur. Ac non multo post, iterum recollectis viribus, Kewwarum arcem, unam ex illis, quas Georgius Bathori dederat, obsidet et vi capit. Mox Rivulum dominatum, ubi Suendius arcem cum valido praesidio firmaverat, obsidet, vi capit et ad unum mites ferociter trucidat. Egrotat Ioannes in castris graviter, redit in Transilvaniam, tanta autem celeritate rem perfecerat, ut Suendius subsidium ferre nequiverit.

Imminente bruma utrinque arma quaeruntur. Ineunte autem vere adventantis Solimani fama percubuit. Ioannes arma capit, Varadinum venit. Inde castellum vicinum Sanka, per <sup>e)</sup> nobilem <sup>f)</sup> Sakai in potestatem Germanorum traditum, obsidet. Erat in presidio Ungarus prefectus, nomine Andreas Bay;<sup>g)</sup> eius cum fides probata esset, Suendius <sup>h)</sup> peditum Germanorum cohortem <sup>i)</sup> subiecerat. Territi Germani, cum de dedicione facienda admonentur, quod nisi statim facerent, extrema illi minantur. Sed ille, memor fidei suae, eos increpat, quosdam castigat, reicit. At illi globo facto, invadunt vulneribus prostratum, ligant et ligno oblongo suspensum supra moenia ponunt, dedicionem clamant, severitatis causam in eum retorquent turpissimeque deledunt. Ioannes vix ullum humanitatis officium in illo curando pretermisit, sed frustra, mortuus enim est ex vulneribus.<sup>j)</sup>

Interea Bassa Budensis, accepta fama huius cladis, maiore contencione nitebatur, premissisque Zolnokum duobus millibus equitum, ipse maioribus copiis <sup>k)</sup> brevi collectis Danubioque et Tebisco transmissis, recta in hostes contendere cepit. Verebatur enim, ne si a Ioanne apud Imperatorem Turcarum tarditatis accusaretur, indignacionem gravem incurreret. Erant tunc Ferdinandi copie in oppido Daroch ibique spolia, que bello superiore quesiverant, pro corona vendebant. At ubi duces de adventu Thurcarum cerciora cognoverunt, Zathmarium se protinus contulerunt ibique vires Turcicas sustinere proposuerunt.

Erat Passa insigni equitatu fortis, sed peditatu bombardisque maioribus carebat. Neque enim in tanta festinacione distanciamque locorum adduxerat. Obsidet tamen Zathmarium, et vado per fluvium Zamos reperto utraque ex parte grassabatur. Sed et castellum nobilium Kun Rossali dictum, duobus ultra fluvium Zathmariumque milliaribus distans, subita oppugnacione tentarunt, sed virtute militum Agriensium, qui fortuito illuc venerant, repulsi sunt.

Interea Zathmari incendio exorto, non solum predam omnem, sed et victualia domosque consumpsit. Quo tempore si Turce solide rem gessissent, prope erat, ut civitate potirentur.

Dum hec in istis partibus geruntur, Ferdinandus ad creberimas sollicitaciones manum militum Germanorum, equitum, peditum circiter sex

millium cogit, iubet Georgio Bebek Ladislaoque Kerenieni, qui tum Ginok preerat, ut<sup>1)</sup> sese illis adiungant. Zathmarioque opem ferunt. Qui cum ad arcem Echied pervenissent, quinque a Zathmar milliaribus distantem, non ultra progrediendum rati, castra ad arcem ponunt et muniunt. Zai eorum adventu recreatus, Melchiorem Ballassa per navem piscatoriam emittit et ad eos venire ac cum autoritate preesse iubet. Quod cum Turca comperisset, ne utrinque hostem sustineret, proposuit celeritate prevenire venientes. Motis igitur castris, ad eos contendit, sed cum eos elicere ad pugnam non posset et castra munita sine peditatu sub ipsa arce capere desperaret, pedem retulit et ad sua rediit.

Sub idem tempus Balassa in castellum Stephani Banfi,<sup>m)</sup> non satis bene custoditum, irrepserat. Quam<sup>2)</sup> vallo, fossa sepimentis muniverat et presidium equitum peditumque ibi posuerat. Quod castellum inter paterna bona Stephani Bathori positum adeoque miliari uno ab Somlio distans, miserorum rusticorum exitium<sup>3)</sup> erat. Redintegratis igitur viribus eo contendit et obsidet, admotisque cuniculis strueque lignorum ad incendium comparata, dedicione capit et diruit.

Erant quidam Transilvani, qui Balasse favebant, tum quia ex perpetua inter Ferdinandum et Ioannem contencione periculum aliquando Regno imminere previdebant, magis autem, quod a Ioanne nihil se optinere<sup>4)</sup> posse desperaverant, novisque rebus meliorem condicionem suam futuram existimabant. Isti igitur secreto Balassam de omnibus rebus consulebant prodicionemque moliebantur, eo potissimum tempore, quo cum Ioannes letaliter egrotaret, non difficile quidvis, eo e vivis sublato, victoris exercitus adiuti opera, se effecturos crederent. Igitur hominem fidelem deligunt nomine Georgium Basta, per hunc crebras litteras ad Balassam mittunt, in quo statu res sint, edocent atque rem factu non difficilem, si veniant, ostendunt. Sed Ferdinandus, expertus quanti momenti foret Transilvaniam contra vires Turcicas retinere, eos ab eo proposito retardat.<sup>n)</sup> Et Bassa Budensi Zathmarium obsidente Ioanneque ab ea infirmitate restituto,<sup>o)</sup> consilium malorum clanguerat.<sup>p)</sup> Et mox secuta pacificatione inter Ferdinandum et Ioannem,<sup>q)</sup> consciencia stimulante, sollicitos reddiderat, ne nefarium eorum consilium in apertum proferretur. Placuit illis, ut tabellarius, cuius suspectam fidem habere ceperant, in perpetuum carcerem redigeretur.

Hec enim vicina via erat ad tegendum latrocinium. At ille, dum nullum miseriarum suarum finem videt, carceris repagula tentare cepit seque in libertate asserit. Persequuntur fugientem et in quodam pago nequicquam evadere valentem retro consequuntur retrahereque volunt, sed ville eius administrator utrosque comprehendit et ad Stephanum Bathori retrahit. Qui, ubi primum cercior factus est, ad se pertinere putavit tantum facinus Principi significare.

Erant autem<sup>r)</sup> Stephanus Seredi, Nicolaus Vulkai et Nicolaus Forero huius nefarii consilii authores.<sup>s)</sup> Venit ad eum Nicolaus Vulkai, orat obsecratque, ne rem ad Principem deferat. Sed cum non obtineret, admonitus a Bathori, si rem totam nude et simpliciter detegeret nec in iudicium descenderet, melius rebus suis consulturum esse, fassus est, et ad misericordiam confugiens rogat, ut apud Principem sese interponat. Seredi ad partes Ferdinandandi una cum castello suo se contulit. Nicolaus Forro pertinacius in sui defensione perstitit. Igitur die a Principe dicta Forro convincitur et ad locum supplicii ducitur. Princeps<sup>t)</sup> precibus flectitur gratiamque facit capitis et honorum. Vulkaium ad intercessionem Stephani Bathori privatim in camera auditum et increpatum dimisit.

Quo tempore Themasvarum et Zolnok capta sunt Agriaque obsidentur et Erasmus Taifel ab Ali Bassa Budensi profligatur. Melchior Balassa a Rege Ferdinando Capitaneus Generalis inferiorum parcium Hungariae est declaratus. Qui coacto exercitu nobilitatisque mediocri manu, ad Rokomaz pagum castra posuit, sed viribus impar, ne tamen sine aliquo fructu delitescere videretur, fratrem suum, Ioannem Balassa, cum delecta manu militum misit eo consilio, ut, cum constaret vastato longe lateque agro longius iam pabulatores Turchas sese effundere, eos adoriretur. Venerat eo Stephanus Bathori adolescens ad famam, que vulgo iactabatur, ut quamprimum exercitus, quem Erasmus Taifel ductabat, advenisset. Coniunctis una viribus obsessis opem ferrent, sed illo exercitu iam a Turcis deleta, hanc, que prima offerebatur, occasionem nactus Balassio se adiungit.

*In margine alia manu: A Stephano Rege,<sup>u)</sup> me praesente, perniciosissima<sup>z)</sup> manu scripta.*

- |   |  |
|---|--|
| a) sequitur verbum expunctum: data                      | l) sequitur aliquod verbum expunctum.                                      |
| b) sequitur expunctum verbum: per                       | m) sequitur verbum expunctum: minus  |
| c) sequitur expunctum verbum: esse                      | n) sequitur verbum expunctum: Interim                                      |
| d) sequitur aliquod verbum expunctum, forsitan: domum   | o) sequitur verbum expunctum: omnis  |
| e) sequuntur expuncta verba: per dedicionem cuiusdam    | p) sequitur verbum expunctum: Qui  |
| f) correctum ex: nobilis                                | q) sequuntur duo verba expuncta: pena peccati                              |
| g) Andreas Bay in margine legitur.                      | r) autem supra lineam scriptum; sequuntur verba expuncta: ii, qui          |
| h) hoc verbum supra lineam est scriptum.                | s) sequuntur verba expuncta: vocat igitur ad se Nicolaum Vulkai, rem totam |
| i) hic supra lineam legitur: per                        | t) sequitur expunctum verbum: familiaris                                   |
| j) verba: est ex vulneribus in margine addita leguntur. | u) correctum ex: Reges   |
| k) sequitur expunctum: oper                             | z) sic in ms.  |

N. 211.

s.l., s.d.

*Ignotus [Stephanus Bathoreus?]*

*ad rei memoriam*

*continuat descriptio eventuum, de quibus in N. praecedenti narratur.*

*(Exempl. aut concept.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 591-592.*

Post defectionem Melchioris Balassa ad Ferdinandum, Ioannes tantam iniuriam ulciscendam statuit. Franciscum Nemethy Capitaneum Generalem facit, ei copias bombardasque attribuit. Mandat Stephano Bathori, qui tum Varadinum prefecturam agebat, ut cum copiis, quas secum habebat, in<sup>a)</sup> subsidium veniat. Occurrebat arx Hadad Jakciorum, quorum matre Georgius Suliok<sup>b)</sup> in matrimonium ducta ipsis minorennibus arcique preerat. Ys<sup>z)</sup> cum magnam cum Balassa familiaritatem habuisset, partes eius secutus erat.

Hanc igitur arcem, que prima Transsilvanieque vicina erat, Nemethy agrediendam putavit. Quam et tercio obsidionis die dedicione cepit, ipso Suliok aliisque libere abire permissis.

Interea Franciscus Zai, Generalis Capitaneus Cesaris Ferdinandi, collectis undique copiis iunctisque cum Balassa viribus, magnis itineribus contendit arcique suppecias ferre satagit. Et iam ad unum miliare aberat, cum dedicionis facte nunciis ad eum perfertur. Quo audito, anxius et dubius quid deinceps faceret, castra castris opposuit. Nemethi consilium convocat et de summa rei sententias exquirat. Deliberatum fuit, ut castris se continerent, nec dubiam aleam fortune subirent, partim quia arcem ab dextra, leva autem densas vepres pro munimentis, victualium autem omnium in castris magnam copiam haberent. Et propediem Volfangus Bornemyza ad Passam Budensem missus cum auxiliariis Turcarum copiis...<sup>c)</sup>

Ne tamen impune hostis pro castris insultaret aut tumultuaretur adventu eorum in castris, datum est Stephano Bathori hoc munus, ut ipse cum delectis equitibus pro castris esset atque e re rata levioribus preliis hostem remoraret. Discessum est hoc modo et consilio, et ut quisque locum suum vallo aut lignis interiectis muniret, iniunctum. Inalbescente iam celo, Stephanus Bathori equum conscenderat militesque descriptos educebat, cum Franciscus Nemethy, mutato priore consilio, eum retardat ac simul significat totis viribus obviam hosti eundem esse. Miratus hanc mutationem, querit: quorum consilio. Respondet: non esse spiritus addendos hosti, alioqui superbo. Addit eam esse <sup>d)</sup> castrorum oportunitatem, ut, si id necessitas requirat, tutissimus receptus in castra semper sit futurus. Non placuit hoc consilium Stephano Bathori, cum non saltem tutissimum receptum, sed prorsus inhonestum, funestum et ob id impossibilem receptum futurum, iminentibus iam hostibus.

Morem tamen, ut par erat, Capitaneo Generali, etate et experientia, ut videbatur, probato, gerit. Ac ubi exercitum eduxit et expandit dextrumque latus sibi curandum sumpsit, ad bombardas in levo Stephanum Bathori esse iussit. Antesignanis copiis Paulum Ciaki prefecit. Inconditam autem turbam peditum, quam ex Saxonibus collectam habuit, medio quodam loco constituit. Zay suas copias ita distribuit, ut antesignanis Balassam preficeret, in subsidio Simonem Forgaci collocaret, ipse <sup>e)</sup> membrum universum regeret. Balassa in antesignanos incurrit, qui neque tentato certamine fugam capessunt. Instat a tergo Balassa, quem cum subsidiariis impigre subsequitur Forgaci. Nec spacium ullum sese recolligendi semel profligatis paciuntur, in dextrum cornu, ubi Nemethi curabat, palantes propellunt. Unde mox initium fuge factum est, quod ex tirionibus pocius quam militibus tota illa acies constaret.

Mox Zay in peditatum Saxonum vexilla aliquot dirigit, qui nullo negotio profligantur. Stephanus Bathori, dum in tanto periculo laborantes acies cernit, cum hiis, quibus preerat, in adversos hostes dirigit. Sperans occupatos iam hostes in pellendo cornu dextro iam profligato, ceteros, qui relinquebantur, detergi, et si non pugnam restitui, saltem equo Marte recedi <sup>f)</sup> posse. Advolavit Nemethius, et iam memor pristini consilii, magna voce clamare atque hortari cepit, ut in castra se <sup>g)</sup> referrent. Qua intempestiva sua vociferacione totum corruptit negocium, nam et qui cum Stephano Bathori erant, Capitanei Generalis presencia et clamore presentique periculo facile permoti pedem retulerunt, preter paucos, qui Stephano Bathori propinqui stabant et vocem illius exaudire in tanto strepitu poterant. Qui pauci licet numero, presenti tamen animo adve-

nientes exceperunt. Victi tamen a multitudine, varias, qua quis poterat, partes petebant.

Interea Stephanus Bathori, circumventus et aliquot hostis petitus vulneribus in manu, ex equo acceptus pene capiebatur, cum duo fratres patruales, Silvester et Balthasar Zenas laborantem conspicati oportune adfuerunt atque ita rebus perditis ferro viam aperuerunt.<sup>b)</sup> Clade hac ad Ioannem relata, illius consiliarios animumque iuvenilem vehementer percelluit, et iam supellectili preciosiore in currus posito prope erat, ut fugam capesseret. Sed Stephanus Bathori ex fuga, quamprimum licuit, litteras scripserat ad Principem, quibus ostendebat non tam virtute hostium, quam casu, aut potius ducis impericia esse profligatos; non esse hostes numerosos, ne ausuros in Transsilvaniam ingredi, cum audiant Turchas iam non longe a dicionibus abesse, recolligere modo palantes et fusas copias, alacritate et liberalitate erigere animos; nihil esse, quod <sup>1)</sup> magnopere ab hoc infelici successu exitum rerum suarum metiretur.

Scripserat ad fratres suos Andream et Cristoforum, quorum unus Magister Curie, alter Cubiculi Prefectus erat, Principem confirmarent, animum eius erigerent, neque aliquid indignum se cogitarent.

Acceptis litteris, Princeps <sup>j)</sup> in spem erectus <sup>k)</sup> est, Stephanumque Bathori mox ad se venire iubet. Is, licet ex vulneribus eger, nullam tamen moram passus ad eum accurrit.<sup>z)</sup>

- |  |  |
|--|--|
| a) hoc verbum supra lineam scriptum est.   | g) sequuntur expunctae litterae: confer          |
| b) Georgius Suliok supra lineam est scriptum.  | h) sequitur verbum expunctum: Interea            |
| c) tota linea non legitur ob destructionem chartae, deinde sequuntur verba expuncta: At cum hoc modo | i) sequitur verbum expunctum: graviores          |
| d) sequitur verbum expunctum: loci   | j) sequuntur verba expuncta: et Senatores quidam |
| e) sequitur verbum expunctum: in   | k) sequitur verbum expunctum: fuit               |
| f) sequitur verbum expunctum: aut  | z) sic in ms.                                    |

## N. 212.

s.l., 1596.

### Ignotus

*ad informationem magni ducis Etruriae [Ferdinandi I]  
de renuntiatione tituli regis ex parte archiducis Maximiliani; de unione  
ecclesiastica ab episcopis Ruthenis [Hipatio Pocioj et Cyrillo Terlecki] peracta; de motibus Tartarorum.*

(*"Avviso"*)

A.M.F. F. 4293, f. 594.

Le cose si reggono in questa guisa. Si ragiona che l'Imperatore habbi scritto al Serenissimo Re come l'Arciduca Maximiliano, suo fratello, deve deporre il titolo, et di questo ne ha sentore Monsignor Illustrissimo Legato, ma non afferma la certezza, ma dice tuttavia che l'Imperatore gli scrive che farà opera per la renuncia. Ma pur si può credere con tanto maggiore certezza, quanto che Monsignor Illustrissimo Legato si è dichiarato d'aver andare alla Dieta a mezzo Febbraio. Il che si può applicare che il trattato della Lega sarà rinnovato.

Quei dui Vescovi Ruteni, che l'anno passato passarono a Roma per correction della loro religione, havendo astretto l'assistenti loro alla fede cattolica, come havevon preso et scomunicato quelli che non volevono acconsentire, ne segue hora in Russia, Podolia e Volinia non piccolo sollevamento, nel che li caporali più potentati, sendosi risentiti, si troverranno in Dieta per la difesa con gran concorso di gente; et il principale è un Duca di Ostrowa, ricco e potente di gente, beni e denari.

In Leopoli in Russia, di qua cinquanta leghe, è ritornato l'Ambasciatore Pollacco dal Turco et, per quel si può dire, molto ben spedito. Così egli riporta.

I Tartari fanno motivo et l'esercito del Duca di Prokop di 20 mila si trova sotto Theina, et un altro esercito di 40 mila, sotto la guida d'un Duca Tartaro, si trova di là dal fiume Niestr. Et di questi per haver voluto occupare una città nominata Pereczlavia, ne è stati ammazzati alcune centinara, con morte di dugento cittadini che la difendevono. Hanno preso tre Tartari che hanno confessato che tutta questa schiera sta aspettando che le fiumare diaccino per congiugnersi insieme presso Wlodzimira, lontan di qua 60 leghe, per passar alla volta di Slesia e Moravia a danni dell'Imperio. Et la strada loro han disegnato sia per il territorio di Cracovia, per esser la più breve et più quel che seguirà più oltre si doverrà intendere alla giornata.

N. 213.

s.l. [VIII.1595]

*Ignotus*

*ad informationem magni ducis Etruriae [Ferdinandi I]*

*de Hieremia Mogila a cancellario Ioanne Zamoyski, invitis Turcis et Tartaris, palatino Valachiae constituto.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 595-598.*

*Informatio ratione negotii Vallachici.*

Non dubium est Vallachiam, quamvis proprium Pallatinum hactenus habuerit, tamen una cum ipso a multis seculis sub fide et clientella Regum Poloniae permansisse ab iisdemque contra quosvis<sup>a)</sup> tam Turcarum, quam aliarum gentium impetus auxilia semper poposcisse et impetrasse, necnon eosdem Reges Poloniae in eius provinciae Praefectos, quoties a fide et obedientia ipsis debita recessissent, sepius animadvertisse. Quae recenti memoria confirmari possunt. Quod vero Turca aliquid iuris in ea provincia sibi arrogasset, id ad tempus propter bella, quibus eo tempore cum Moscho et aliis finitimis hostibus Poloni distinebantur, dissimulatum iri putabant, ne praeter caeteros, quibuscum res erat, hunc quoque potentissimum hostem ob levem causam in se converterent, praesertim cum non toto plane iure ab eo spoliati esse viderentur, adeo ut ipsemet etiam Turca alternativum se ius in Vallachia cum Polonis habere fateretur.

Orto tandem inter Turcam et Caesarem bello, Aaron Vallachiae Pallatinus, qui cum proceribus Poloniae arctissimas contraxit affinitates, iisdemque ex propriis arces in Vallachia dotis nomine tradiderat, cum

videret vicinum suum, Transylvaniae Pallatinum, ad excutiendum iugum Turcicum militem colligere, voluit etiam provinciae suae praesidium constituere vel, ut contra hostium incursiones eandem munitionem haberet, vel, si ita res ferret, aliis christianis Principibus contra Turcam suas copias adiungeret. Quo nomine non exiguam pecuniae summam pro conducendo milite misit in Ungariam, adductique sunt illi tria Ungarorum millia, Rozvano quodam Ungaro duce. Is cum animadverteret illo milite, quem adduxerat, se posse rem Principi Transylvaniae non ingratam ac sibi in primis utilem perficere, facile animo persuasit suo, ut fidem, quam antea Christo non servavit, eandem quoque Principi suo violaret, commodamque nactus occasionem, ipsum captum ac vinctum Transylvano, nonnullis additis calumniis, transmitti curavit, eo proditiōnis ac violatae fidei reportato praemio, ut ipsius loco Vallachiam apprehenderet.

Permovit ea res Regem ac proceres Poloniae, quod in eo Turcici belli fervore talibus inter Principes christianos laboraretur artibus, ut nonnulli praeter meritum non tantum de iure suo, verum etiam et de vita periclitarentur. Commissumque est a Rege Poloniae Zamoscio, supremo exercituum duci, ut regio milite huic provinciae opem ferret eandemque ex his iactationibus in priorem statum restitueret. Itaque cum eo Cancellarius cum exercitu necessario tenderet, praefatus Rozvanus, non expectato Polonorum adventu, expilatis Vallachorum bonis, turpiter se in fugam dedit. Cancellarius vero ita, uti a Rege imperatum fuerat, Hieremiam Mogilam, provincialium consensu, Vallachiae praefecit et praesidio firmavit. Sed ipsius Zamoscii causam sui in Vallachiam adventus audiamus.

Zamoscii ad Vallachos et ipsorum Principem sermo.

Serenissima Regia Maiestas, Dominus noster clementissimus, ita uti Principem christianum decet, calamitatum huius provinciae misertus, quibus a multo tempore a levissimis hominibus et exteris gentibus fit obnoxia, quodque videret praesentem illius mutationem et turbulentum statum, non solum ipsi interitum, verum etiam dominiis Suae Maiestatis incendium allatura, misit nos huc, exercitum suum, christianos ad homines christianos, vicinos ad vicinos suos, ut, foederibus cum Caesare Turcarum per omnia salvis, huic provinciae opem ferremus eandemque in pristinum statum assereremus, et non fictum quemquam stirpis Pallatinorum Vallachiae (quales multi hactenus praeterierunt) successorem, nec aliquem Rozvanum, sed gentis Vallachiae nobilem, virum probum, qui est sanguis de sanguine vestro, Magnificum Dominum Hieremiam Mogilam, vobis praeficeremus.

Non dubito itaque Dominationes Vestras eiusmodi Serenissimae Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, gratiae gratas sese declaratas integramque fidem et obedientiam Suae Maiestati et toti Reipublicae conservaturas. Hoc idem mihi de Magnifica Dominatione Vestra polliceor non alio animo, quam homini christiano consentaneum est, hoc dominium et incolas eius Magnificam Dominationem Vestram gubernaturam et omnes, si quae cum aliquibus personis privatim intercesserunt, inimicitias ex animo deposituram, nec huius Serenissimae Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, beneficii sese ingratam praestituram, hoc in primis cavendo, ne pacis conditiones et foedera inter Serenissimam Regiam Maiestatem et Caesarem Turcarum aliqua ex parte interturbentur.

Hucusque Cancellarius. Sed dum haec ita geruntur, Sanzachus Tehinensis obtinuerat a Turca Vallachiae repetendae et in sua potestate

retinendae facultatem eaque ratione Imperatore Turcarum, affine suo, cum quinquaginta circiter millibus selectissimorum militum evocato, ipsemet quoque duobus millibus Ianizerorum succinctus, Vallachiam vi iam iam invadere et occupare cogitabat. Qua re Cancellarius per exploratores et ex ipsius Sanzachi litteris<sup>b)</sup> cognita, castra in loco commodiori posita communit. Verebatur enim, ne cum suo exiguo exercitu a multitudine barbarorum obrueretur. Quam tamen foeliciter ibi eam rem confecerit quamque parva manu numerosissimum et selectissimum Tartarorum et Turcarum exercitum (Deo adiuvante) fuderit et ad turpissimas condiciones subeundas adegerit, ex ipsius litterarum ad Illustrissimum Nuntium Apostolicum in Regno Poloniae copia melius cognosci potest.

Cancellarii ad Nuntium Apostolicum litterarum copia.

Sanzachus Tehinensis litteras ad me dederat, quibus se Bassam Vallachiae factum a Caesare suo denunciabat. Itaque se in Vallachiam venire unaque Chanum Tartaricum cum omnibus suis copiis adventare, conqueri quatuor annis munera sibi non esse persoluta a Regia Maiestate. Eorum exigendorum causa iturum ibique hiematurum. Sed ipsarum litterarum exemplum Illustrissimae Dominationi Vestrae mitto. Putabat me iste minis territum, non expectato eius adventu, exercitum retroducturum. Accessere ad nos tum Tartarus cum suis, tum Sanzachus cum Turcis praeterito die Iovis. Statueram iam ante primo die cum hoste non conserere manus, ut prius hostium numerum modumque rei gerendae explorarem, simul etiam quales nostrorum essent animi quidque tentare possent experiri.

Subibant castra sparsim magno momento, ut eorum pugnandi mos est. Nostri eodem modo ad illos excurrentes cum illis pugnabant atque, Dei benignitate, superiores fuerunt. Hostis detrimentum accepit. Ex eius aulicis equitibus plurimi partim caesi, partim vulnerati. Turcae maxime sclopetis longioribus, Sanzacho urgente, nostros petebant. Fedetghiereius, frater Chani, ab inferiori Pruti fluminis parte ad portam castrorum extremam ducere duas confertissimas acies<sup>c)</sup> coepit. Processere contra eum aliquot nostrae turmae. Chanus itidem alias aliquot acies, quae in nostros a latere inveherentur, promovebat.<sup>d)</sup> Contra quos cum nostri tribus aliis portis exivissent, steterunt gradum. Fedetghiereius vero retrocessit. Unde Sanzachus misit ad me litteras (earum exemplum in scheda est), quibus a me colloquium petiit. Nihil ei, quod iam nox esset, eo respondi die. Postridie mane Chanus et Sanzachus, agmen supra castra ducentes, ex tormentis a nostris petiti aliquos ex suis amisere.

Venit inde ad me ad colloquium Sanzachus primariusque Chani consiliarius Nehmet Aga. Tuli illis condiciones, quas putabam nunquam acceptaturos, ut Sanzachus Bassatum hunc deponeret et Hieremiam, quem provinciales poposcerunt,<sup>e)</sup> pro Principe agnosceret; exercitus Turcarum et Tartarorum ne quid damni Poloniae aut Vallachiae daret, sed statim retroiret, ita ut triduo e finibus Vallachiae excederet.

#### Responsum.

Chano potestatem constituendi Principis in Vallachia, quem vellet, Caesarem Turcarum dedisse. Illum Sanzachum designasse. In gratiam tamen Serenissimi Regis consilium mutare atque Hieremiam Vallachum probare spondereque Caesarem Turcarum id ratum habiturum. Intra vero tres dies finibus Vallachiae se excessurum sine ullo maleficio, nec

quicquam praeter commeatum sumpturum. Obstupui, cum haec audivissem. Optassem sane plenam de hostibus victoriam referre. Sed, ut Chanus desperavit se posse nos vincere, ita in patentibus hisce campis in potestate eius fuit tam diu, quam diu vellet, pugnare. Ubi vero videretur, quo vellet, se proripere. Nec vero aut propter eius celeritatem assequi eum miles noster potuisset, aut in tantam planiciem ductus eum bene gerere cum tanta hostium multitudine, quorum numerus maior quidem praedicatur, non minor tamen quadraginta millibus fuit. Qualium vero et alii, qui a me missi per exercitum ad Chanum deducebantur, et Dominus Herbortus conlati testes perhibebunt. Multa alia incommoda exercitum premebant praeter paucitatem eius. Locus, in quo res gerebatur, tam remotus a finibus nostris, nullae acies aut munitiones, quo se graviori usu recipere possent; Turcarum, qui Brahiloni in praesidio sunt, propinquitas, qui nos ab altera parte claudere potuissent; penuria commeatus, ac maxime mandata ea, quae mihi missa sunt, ex consilio Senatus, et declaratio, quod Regia Maiestas urgentibus, ut audio, multis Nuntium mittere ad Turcam necesse haberet.

Tamen actiones et legationes ad Regiam Maiestatem nonnullorum conventuum, ex quibus cognovi Regiam Maiestatem, si longius contra Turcam progredieremur, adiutum non iri. Nec in statu incerto provincia haec relinquenda fuit, ex cuius salute incolumitas Russiae Podoliaeque dependet. Quibus de rebus omnibus Deus ipse constituit. Ego, ut ante scripsi, in animum non inducebam illos condiciones admissuros.

Sigismundus quidem Tertius, Poloniae Rex, eius nutu a Turca et Tartaro rogatus est, ut de pace tractare secum liceret, primusque leges pacis et eas quidem contra tot annorum possessionem illis dedit, ab eoque et Chanus Tartarorum et Dux Turcarum excedere iussi dicto audientes fuere. Nulla vero necessitas alicuius rei, quae displiceret eius Maiestati, imposita est. Nam quod attinet ad pacem, saltem intercessio ad Regiam Maiestatem a me illis ostensa est. Iam certo sciendum est, utrum Principes christiani de societate serio statuere velint. De nostris etiam, qui decreta comitialia impediunt, an non solum tributo constituto deinceps non contradicturi, sed etiam in posterum ea concessuri sint. Atque id quidem explorandum et constituendum, antequam alea iaciatur. Bellum enim hoc non unius tributi fore, quod etiam nunc ab illis impeditur.

Hinc itaque colligitur, quidnam iuris in Vallachia Polonus et quid Transylvanus habeant. Et num Turcis an christianis haec provincia a Rozvano arrepta sit. Et dato etiam hoc, quod quamvis Poloni ibidem iuri suo renunciare voluissent atque eam provinciam Transylvano reliquissent, quis tamen non videt Transylvanum utrique provinciae defendendae nequaquam parem esse futurum, si praesertim ab uno latere Turcas, ab altero Tartaros, aut simul coniunctos sibi oppositos haberet? Nihil certe magis a Republica Christiana, atque adeo ipsius Transylvani, fieri potuit, quam quod eo tempore, quo Sinan Bassa cum exercitu inhiabat pugnamque ad Tartarorum adventum differebat, Cancellarius itidem cum exercitu concesserit in Vallachiam et Tartaros ac Turcas, in se magna vi irruentes, non sine vitae suae discrimine (equus enim, quo insidebat, in ipso ardore pugnae globo ictus est) represserit fuderitque. Si enim Chanus (quod Deus avertat) Vallachia fuisset potitus, Sanzacho ibidem constituto, ipsemet Sinan Bassa exercitum suum procul dubio admiscuisset, confectoque cum Transylvano proelio, praedas ex Ungaria, Moravia, Polonia finitimisque regionibus agere voluisset. Quo nomine quam male audirent

Poloni, ille annus superior, quo ipsis etiam invitis in Ungariam Tartari penetrant, documento esse potest. Sed fecerit quicquam tam patriae, quam toti Reipublicae Christianae Cancellarius gloriosum et utile, inventient tamen ipsius virtutis et gloriae aemuli quod in deteriorem trahant partem. Sed isti hoc unum saltem<sup>2)</sup> proficiunt, quod illorum fictis sermonibus et ingratitude Principes christiani exacerbati, tardius ad eam belli societatem contra Turcam ineundam descendant, vixque eorum animi ad hanc belluam mutuis armis contorcendam possunt coalescere.

Multorum sermonibus circumfertur superius nominatum Rozwanum, cum didicisset Zamoscium Vallachia cum exercitu discessisse, collectis aliquot suorum millibus, iterum in Vallachiam irruptionem fecisse, ita tamen a Polonis, qui ibidem ad duo millia in praesidio relictis fuerant, et Vallachis repressum, ut toto ipsius exercitu ad internationem<sup>f)</sup> caeso ipse quoque in manus illorum deveniret et tanquam proditor Domini sui palo adiudicatus et affixus, meritas poenas dederit. Aiunt quoque Polonicum exercitum, qui in finibus Regni hactenus depositus fuerat, iussu Zamoscii in Vallachiam convolare. Causam eius rei nondum esse manifestam. Id tamen quorundam coniecturis assequi Zamoscium id facere ad prohibendos Turcas et Tartaros, qui bipartito exercitu in Transylvanum impressionem facere velle feruntur, ne nimirum sub praetextu foederis per fines Poloniae aut Vallachiae ipsis aditus pateat.

Notandum vero est eam provinciam, quae in hoc scripto nominatur Vallachia, a quibusdam geographis Moldaviam vocari, et e converso. Quo nomine magnas in recensendis earum provinciarum rebus gestis inter plurimos oriri ambiguitates. Servato tamen communi Polonorum et ipsorum indigenarum loquendi usu, quem etiam et in hoc scripto sumus imitati, Vallachia est, quam Tyras seu Dnester fluvius a Polonis dividit, protenditurque ad Danubium usque, cuius praecipua sunt loca: Jassi oppidum una cum aula, quae Pallatinorum Vallachiae sedes est, Cocimum arx, Socavia, Stepanomœ. Moldavia vero occidentem et meridiem versus Ungariae et Transylvaniae contigua est.

a) in ms. quovis

b) in ms. litteras

c) in ms. arces

d) in ms. promonebat

e) in ms. poscerunt

f) in ms. internationem

z) sic in ms.

N. 214.

Pragae, 25.I.1596.

*Rudolphus II imperator  
ad regem Poloniae [Sigismundum III]  
de rebus in Moldavia et Transylvania compositis;  
de Christianitate a Tartaris et Turcis defendenda.*

(Exempl.)

A.M.F. F. 4293, f. 598 v.

Rudolphus etc. Serenissimo.

Accepimus ex binis Serenitatis Vestrae litteris eodem nobis tempore allatis, quarum una 25 Novembris, altera 28 Decembris datae erant, uti ea,

quae nuper in Moldavia gesta fuerunt, interpretentur.<sup>a)</sup> De quibus quidem, ut pro rei gravitate accuratius et amicus agatur, primum brevi ministerium ad Serenitatem Vestram mittere decrevimus. Causam interim dolendi habemus ea ipsa, quae in barbarum hostem vertenda erant, accidisse. Ne vero maius hinc intestini belli incendium gliscat, Serenitatem Vestram pro eximio suo in Rem Christianam Publicam studio curare cupimus. Neque enim nobis modo cuonam<sup>z)</sup> potissimum in ditionem illam ius sit, multis disceptandum, sed in eo precipue elaborandum esse ducimus, ut ne magis illi, quos animis esse coniunctissimos decebat, a se invicem disiungantur, neve barbaris et impiis gentibus hac occasione maius rei christianae detrimentum inferendi, aut Tartaris illac in fines christianorum irrupendi<sup>b)</sup> facultas detur, sed ut communes omnium Principum vires viribus communis hostis concorditer opponantur. Quod Serenitatem Vestram sollicite ac pie facturam, uti summopere optamus, ita plane confidimus, daturi itidem et nos operam, quantum in nobis erit, ut Illustrissimus Transylvaniae Princeps, affinis noster carissimus, nihil in se, quod equum sit aut deceat, desiderari patiatur, sed ut ea res tota amice componatur, nostraeque sincerissimae voluntatis officia Serenitati Vestrae magis ac magis probentur. Quam opinionem certam et firmam de nobis Serenitatem Vestram (quicquid frivolis sive scriptis, sive dictis, nobis insciis et invitis, feratur) habere cupimus nosque iterum atque iterum, uti Principem christianum et Caesarem amicum deceat, integerrimo et aperto minimeque ficto aut fucato pectoris affectu Serenitati Vestrae, tanquam affini, propinquo et vicino Regi pioque et religionis christianae studioso Principi, offerimus. Datum Pragae 25 Ianuarii 1596.

*In margine:* Litterae Imperatoris ad Poloniae Regem.

a) *in ms.* interpretentur

b) *in ms.* irrupendi

z) *sic in ms.*

N. 215.

Varsaviae, 26.II.1597.

*Sigismundus III rex Poloniae*

*universis*

*sententiam consulum Cracoviensium in causa Montelupi - Francisci de die*

*16.I.1597 confirmat.*

*(Orig., sigil. avulsum. Adest etiam exemplar a notario confirmatum,*

*f. 499-505)*

*A.M.F. F. 4293, f. 608-615.*

<sup>a)</sup> Sigismundus Tertius, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque, necnon Suecorum, Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex.

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis: exhibitas esse coram nobis literas infrascriptas decreti certorum Commissariorum nostrorum, quos deputavimus ad decidendum negotium inter Nobiles Sebastianum ac Valerium Montelupi, servitores nostros, et

Philippum Francisci, quondam servitorem eorundem Sebastiani ac Valerii Montelupi, ratione certae negotiationis, ad quam se idem Philippus pro quadam rata portione sua pertinere praetendebat, promulgati. Quorum quidem literarum tenor, de verbo ad verbum descriptus, sequitur et est talis: <sup>b)</sup>

Actum Cracoviae, in aedibus Nobilis ac Spectabilis Casparis Gutteter, Consulis Cracoviensis, coram Nobilibus ac Spectabilibus Casparo Gutteter, Martino Fihauzer et Stanislao Szembeczk, Consulibus Cracoviensibus, et Honorato Urbano Friser, Iuris Supremi Magdeburgensis Castri Cracoviensis Scabino, Commissariis, per Sacram Regiam Maiestatem, Dominum Dominum nostrum clementissimum ad cognoscendum et decidendum negotium infrascriptum datis et deputatis, feria quarta ante festum Sancti Valentini proxima, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo septimo.

Coram eisdem Dominis Commissariis Sacrae Regiae Maiestatis comparentes personaliter Nobiles Sebastianus et Valerianus Montelupi, causae infrascriptae actores, reproduxerunt literas Commissionis Sacrae Regiae Maiestatis, sigillo minori Regni communitas, sanas, salvas et omni suspicionis nota carentes, quibus docuerunt Sacram Regiam Maiestatem suprascriptis Dominis Commissariis mandasse et commisisse, ut differentias inter ipsos Sebastianum et Valerium Montelupic<sup>2)</sup> ac Honestum Philippum Francisci, eorum familiarem, partim ratione certae negotiationis, ad quam se idem Philippus pertinere praetendit, partim ex parte mercedis deservitae exortas, autoritate sua commissariali cognoscant et decendant. Cuius Commissionis Sacrae Regiae Maiestatis literas petierunt praenominati Sebastianus et Valerianus Montelupi in praesentia suprascriptorum Dominorum Commissariorum legi. Quae ibidem, astante etiam praefato Philippo Francisci, lectae sunt eorumque tenor de verbo ad verbum sequitur talis:

Sigismundus Tertius, Dei gratia Rex Poloniae *etc.*

Spectabilibus et Famatis Casparo Gutteter, Ioanni Vaxman, Martino Fihauzer, Stanislao Shembeck, Consulibus civitatis nostrae Cracoviensis, necnon Urbano Frizer, Iuris Supremi Magdeburgensis Castri nostri Cracoviensis Scabino, fideliter nobis dilectis, gratiam nostram regiam.

Spectabiles et Famati, fideliter nobis dilecti.

Intelleximus exortas esse quasdam differentias inter Nobiles Sebastianum et Valerianum de Montelupi, negotiatores et servitores nostros, et Honestum Philippum Francisci, eorum familiarem, partim ratione certae negotiationis, ad quam se idem Philippus pertinere praetendit, partim ex parte mercedis, quam eidem Philippo domini ipsius praefati ultro offerunt, eam vero ille recusat. Quoniam vero ea res eo devenit, ut eam in forma iudicii decidi oporteat, utraque autem pars ad nullius civitatis Regni nostri iura alligata est, quinimo utrinque homines sunt ad aulam nostram magis, quam ad certum aliquod iudicium vel municipium pertinentes, ideo ne quid altera pars ab altera praeiudicii patiatur, neve sese utrinque litium anfractibus involvant, quibus et domini a servitiis nostris distineantur et famulus oneretur, id quicquid est negotii Fidelitatis Vestris, de quarum fide et in rebus mercatoriis experientia bene sumus persuasi, committendum esse duximus committimusque per praesentes, mandantes eisdem, ut primo quoque opportuno tempore, vocatis ad se per literas innotescentiae suae, quarum interest, partibus ad certum locum (Cracoviae tamen), conveniant ibidemque rationes utriusque partis diligenter expediant, differentias, quaecunque illis utrinque

tam de communione lucri, quam de mercede deservita intercedunt, examinent, cognoscant atque decident. Appellationem vero non nisi a sententia definitiva ad nos idque aperto processu et viva voce admittant, unius vel duorum Fidelitatum Vestrarum absentia non obstante. Pro gratia nostra officii sui debito secus ne fecerint. Datum Varsaviae die XII mensis Ianuarii anno MDXCVII, Regnorum nostrorum Polonici decimo, Suecici tertio.

Ex commissione Sacrae Regiae Maiestatis propria P. Sczerbicz.

Post hanc productam et lectam commissionem Sacrae Regiae Maiestatis, praenominati Nobiles Sebastianus et Valerianus Montelupi petierunt et affectaverunt, quatenus ipsi Domini Commissarii iurisdictionem suam commissariam fundarent fundatamque ministeriali terrestri, ut moris et iuris est, proclamare demandarent.

Ibidem vero ante foundationem iurisdictionis commissarialis comparens personaliter innotescit Nobilis Philippus Francisci protestatus est se non in eam vim in termino praesenti comparuisse, ut forum vel iudicium commissariale aut actores aliquos competentes agnoscat, siquidem ex praescripto iuris communis in omnibus causis et actionibus requiruntur: actor, iudex et reus competentes. Quae requisita quoniam in actu praesenti desiderantur, ideo iurisditio iudicii commissarialis fundari non potest. Quae licet etiam fundata esset, nihilominus tamen innotescit Philippus Francisci ei subiaccere nolle, neque ad eam adstringi posse protestatur.

Quamvis enim Commissio praesens per Sacram Regiam Maiestatem Nobilibus Sebastiano et Valeriano Montelupim<sup>2)</sup> ratione quarundam differentiarum concessa est, cuius Commissionis autoritate ad foundationem iurisdictionis iudicii praesentis procedunt, quoniam tamen Commissio ista, contra praescriptum et usum iuris, ad male narrata et praecipitanter in personam alienae iurisdictioni subiectam obtenta est, eapropter non fundata iurisdictione reiici deberet. Commissiones enim sese extendere non possunt, saltem in personas iurisdictioni commissariali subiectas vel super differentias antehac in aliquo iudicio vel officio praeoccupatas. In causa vero praesenti praefati Sebastianus et Valerianus Montelupi nullo documento probare possunt causam ratione istarum differentiarum, super quas ista Commissio emanata est, antehac in aliquo iudicio vel officio institutam vel praeoccupatam fuisse. Ex his itaque rationibus supranominatus Philippus Francisci, non contestando litem nec approbando forum neque iudices, contra foundationem iurisdictionis commissarialis et contra omnem processum, si pars adversa aliquem instituere voluerit, solenniter protestatur, salvum et integrum ius loco et tempore suo, in foro suo competenti, contra eosdem Sebastianum et Valerianum Montelupic,<sup>2)</sup> a quibus ipse Philippus Francisci iniuste turbatur, sibi reservando. De quo iterum atque iterum solenniter protestatur.

In contrarium Nobiles Sebastianus et Valerianus Montelupi, actores, per plenipotentem suum contra exceptionem Nobilis Philippi Francisci, antehac familiaris sui, allegabant Commissionem hanc ex mandato Sacrae Regiae Maiestatis iuste emanatam et concessam esse. Siquidem Sacrae Regiae Maiestati liberum est inter servitores curiae suae, in qualibet causa, constituere iudicem pro arbitrio suo, neque per hoc iuri vel iurisdictioni ulli derogatur. Quod etiam in hac causa intercessit. Etenim praefati Sebastianus et Valerianus Montelupi sunt servitores Sacrae Regiae Maiestatis et in hoc servitium una cum familiaribus et notariis negotiationis suae incorporati sunt, inter quos etiam praefatus Philippus Fran-

cisci censetur. Insuper praefatus Philippus non docet se aliquod certum forum in Regno isto in aliquo iudicio vel officio terrestri, castrensi aut civili habere. Quod vero allegat Commissionem praesentem contra ius commune et contra iura et privilegia civitatis huius Cracoviensis<sup>c)</sup> emanatam esse, hoc ipsum relevare non potest, siquidem probare nequit tam se, quam ipsummet innotescitum iurisdictioni civitatis Cracoviensis subiectos esse. Nam libertates civiles nemini patrocinantur, saltem his, qui<sup>d)</sup> circa susceptionem iuris civilis obedientiam magistratui civili iuramento obligant. Quoniam vero innotescitus probare non potest se ius civitatis huius suscepisse, ideo etiam iura civitatis huius in subsidium causae suae trahere non potest.

Ad secundum caput, ubi allegat actionem hanc antehac in nullo iudicio vel officio institutam fuisse ideoque iurisdictionem commissariam fundari non posse, hoc etiam ipsi patrocinari non potest. Hoc enim in aliis iurisdictionibus non observatur. Saltem praerogativa ista concessa est civibus Cracoviensibus, qui aliud forum primae instantiae non habent, in qualibet causa, saltem coram officio Proconsulis et Consulium, vel iudicio Advocati et Scabinorum. Atque ex hac prima instantia actiones civium Cracoviensium devolvuntur ad iudicium Sacrae Regiae Maiestatis vel Commissariorum, per Sacram Regiam Maiestatem deputatorum. Qua praerogativa cives Cracovienses ab antiquis temporibus ex concessione Serenissimorum Poloniae Regum ornati sunt. In actione vero praesenti dissimilem rationem esse et neutram partem privilegiis civitatis Cracoviensis subiacere apparet ex Commissione Sacrae Regiae Maiestatis, ex cuius contextu constat Sacram Regiam Maiestatem Commissionem hanc decidisse non ad iudicandam causam aliquam civium Cracoviensium, sed ad decidendas differentias inter servitores suos, vel potius inter dominos et familiarem ipsorum exortas. Et quoniam iure communi, praesertim vero statutis Regni huius cautum est, quod dominus servum suum in quolibet iudicio vel officio Regni convenire potest, Sacra vero Regia Maiestas coram iudicio praesenti commissariali forum constituere dignata est ad decidendas controversias inter se<sup>e)</sup> Sebastianum et Valerianum Montelupic<sup>f)</sup> et praefatum Philippum Francisci, ratione communis negotiationis et mercedis deservitae exortas, inde constat Sacram Regiam Maiestatem de ista causa bene informatam fuisse, quoniam iudicium causae istius officialibus civitatis huius et hominibus rerum mercatoriarum peritis committere dignata est, prout contenta eiusdem Commissionis latius in se obloquuntur. Iuste itaque et legitime ex rationibus supra allegatis iurisdictionem commissariam fundari petierunt.

Et Domini Commissarii, auditis partium praenominatarum allegatis, eo attento, quod in quolibet actu commissariali ante omnia iurisditio commissarialis fundari debet, ante cuius foundationem nihil iuridicum peragi potest, eapropter reiecta citati seu innotesciti Philippi Francisci inordinate ante foundationem iurisdictionis facta protestatione, ad legitimam actorum praenominatarum, videlicet Sebastiani et Valeriani Montelupi, affectationem, inhaerendo iuri communi et literis Commissionis Sacrae Regiae Maiestatis, iurisdictionem suam commissariam fundaverunt eamque ministeriali generali omnium terrarum Regni, provido Martino Busta, publicare et proclamare partesque praedictas ad sui praesentiam acclamare eisque coram se procedere mandaverunt, salvis reservatis parti utrique defensis et exceptionibus quibusvis iuridicis, in processu causae huius inferendis. Qui quidem ministerialis, providus Martinus Buta,<sup>g)</sup> coram, praefatis Dominis Commissariis comparens recognovit, quia iuris-

ditionem illorum fundatam proclamavit et publicavit et partes ad comparandum coram eisdem Dominis Commissariis et ad procedendum secum acclamavit.

Hac relatione facta, praenominati Nobiles Sebastianus et Valerianus Montelupi statuerunt coram eisdem Dominis Commissariis eundem Martinum Busta ministerialem, qui in vim suae fidelis relationis recognovit: se feria quinta post festum Purificationis Beatae Mariae Virginis anni currentis, videlicet ante octavam, literas mandati Sacrae Regiae Maiestatis et alias innotescentiae commissarialis, ad instantiam eorundem Sebastiani et Valeriani Montelupi emanatas, Nobili Philippo Francisci personaliter in manus ipsius in domo Famati Iulii Baldi, civis Cracoviensis, in platea Sancti Ioannis sita, tradidisse eumque istas utrasque literas a se suscepisse. Post hanc relationem ministerialis supradicti Nobiles Sebastianus et Valerianus Montelupi exhibuerunt rescriptum authenticum mandati Sacrae Regiae Maiestatis, memorato Philippo Francisci per ministerialem traditi, quod coram Dominis Commissariis legi petierunt. Cuius tenor sequitur talis:

Sigismundus Tertius, Dei gratia Rex Poloniae *etc.*

Honesto Philippo Francisci, Nobilium Sebastiani et Valerii Montelupi quondam familiari, fideliter nobis dilecto, gratiam nostram regiam.

Honeste, fideliter nobis dilecte.

Deputavimus certos Commissarios nostros ad cognoscendas et decidendas differentias, quaecunque Fidelitati Tuae cum Nobilibus Sebastiano et Valerio Montelupi, Fidelitatis Tuae heris, de re mercatoria intercedunt. Quare Fidelitati Tuae mandamus, ut posteaquam ab eisdem Commissariis nostris per literas innotescentiae eorum vocata fuerit, coram eis compareat, et quicquid per eosdem decretum fuerit, firmiter teneat et observet. Pro gratia nostra officii sui debito. Datum Varsoviae die XII mensis Ianuarii anno 159 septimo, Regnorum nostrorum Polonici decimo, Suetici tertio. Ad mandatum Sacrae Regiae Maiestatis proprium Paulus Sczerbicz propria manu. Ex suo authentico originali de verbo ad verbum descriptum et cum illo collatum tandemque in forma Vidimus, sub sigillo officii advocatalis Cracoviensis extradit.

Exhibuerunt deinde literas innotescentiae commissarialis, ad sui instantiam emanatas, eidemque Philippo Francisci per ministerialem praedictum redditas easque similiter legi petierunt. Quarum tenor sequitur:

Casparus Gutteter, Ioannes Vaxman, Martinus Fihauzer, Stanislaus Schembek, Consules Cracovienses, Urbanus Frizer, Iuris Supremi Magdeburgensis Castri Cracoviensis Scabinus, Commissarii a Sacra Regia Maiestate, Domino nostro clementissimo, ad negotium infrascriptum dati et deputati, tibi, Nobili ac Honesto Philippo Francisci, Nobilium Sebastiani et Valerii Montelupi quondam familiari, de persona bonisque tuis omnibus innotescimus oblatas esse nobis literas Commissionis Sacrae Regiae Maiestatis. Quibus Sacra Maiestas Regia nobis clementissime iniungere dignata est, ut de omnibus iniuriis et differentis, tam mercedem tuam deservitam, quam ad assertam quandam, quantum praetendis, communionem mercatorum tenendam concernentibus, inter te et praefatos Nobiles Sebastianum et Valerium Montelupi, cognitionem, computationem et decisionem finalem faceremus. Quare vigore regio et nostra, qua in hac parte fungimur, autoritate tibi mandamus, ut coram nobis iudicioque nostro commissariali in aedibus Gasparis Gutteter, in una septimana a positione praesentis citationis, personaliter et peremptorie compareas, ad instantiam praedictorum Sebastiani et Valerii Montelupi, ibique omnes

differentias, quaecunque vobis utrinque intercedunt, audias et proponas earumque finalem decisionem nostram attentas et ad omnia tibi in termino latius declaranda respondeas responsionemque quoque eorum super duas propositiones auditorus. Alioquin, sive comparueris sive non, nos ea, quae iuris et iustitiae ratio postulaverit, statuemus et decernemus voluntatique Sacrae Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, satisfacimus, contumacia tua non obstante. Datum Cracoviae feria quinta post festum Sanctae Agnetis anno Domini 159 septimo. Jan Vaxman, Marczin Fihauzer, Stanisław Szembek manu propria, Urban Frizer manu propria.

Peracta ista lectione mandati Sacrae Regiae Maiestatis et innotescentiae commissarialis, praefati Nobiles Sebastianus et Valerianus Montelupi, deducendo contenta citationis seu innotescentiae commissarialis in causa praesenti emanatae, allegabant memoratum Philippum Francisci ex mandato Sacrae Regiae Maiestatis eam ob causam ad sui instantiam innotescitum et citatum esse, quod ipse varias querimonias contra se, Sebastianum et Valerianum Montelupic spargebat et adhuc spargit, se ab ipsis iniuria affectum esse in eo, quod ipsi sortem lucri ex societate negotiationis ipsorum, cuius se una cum ipsis participem fuisse asserit, extradere et mercedem pro aliquot annis deservitam solvere recusant. Quoniam itaque eiusmodi querimoniae sibi non leviter praeeiudicant, ideo se paratos esse ad audiendam propositionem eiusdem Philippi Francisci et probationes, ex quibus praetendit se sortem aliquam in negotiatione ipsorum habere. Quam ipsi actores eidem Philippo Francisci citato nullatenus agnoscunt, neque eum pro socio mercaturae suae recipiunt. Licet enim praeteritis temporibus eidem Philippo Francisci sors communis societatis ex certa portione lucri per se, actores, oblata fuisset mediante certo contractu seu intercisa, quam idem Philippus subscriptione manus suae inire et roborare debebat. Quoniam tamen eidem contractui subscribere nolebat, allegans condiciones sibi admodum graves propositas esse, ideo etiam societatem istam negotiationis initam ipsumque pro socio susceptum non fuisse. Si tamen praedictus Philippus aliquas probationes vel documenta habet, ex quibus societatem istam negotiationis probare posset, petierunt per iudicium praesens ipsi iniungi, ut eas proferat atque eo nomine proponat, reservando sibi supradicti Sebastianus et Valerianus Montelupi in causa praesenti omnes defensas contra eiusmodi probationes et documenta. Hoc etiam sibi praecustodiendo, si memoratus Philippus Francisci nihil coram iudicio praesenti proponere voluerit, quod ipsi coram hoc eodem iudicio contra eundem Philippum proponere parati erunt ratione certarum iniuriarum, sibi per ipsum in ista negotiatione illatarum.

In contrarium supradictus Nobilis Philippus Francisci ibidem personaliter comparens, sicut ante fundatam iurisdictionem commissarialem, contra incompetentiam iudicii huius protestabatur, ita et ad praesens post fundatam eandem iurisdictionem, inhaerendo priori protestationi suae solenniter protestatur se iudicium hoc neque agnoscere, neque in litem cum saepe dictis Sebastiano et Valeriano Montelupic se ingerere velle, allegando se tam eisdem Sebastiano et Valeriano Montelupi, si se ab ipso iniuriatos existimant, quam aliis quibuscunque personis in foro suo competenti, cum legitime in ius vocatus fuerit, iustificare paratum esse. Nullum vero iudicium commissariale contra se, uti hominem extraneum, extendi posse, siquidem non sit servitor Sacrae Regiae Maiestatis, neque etiam dictorum Sebastiani et Valeriani Montelupi, assertorum

causae huius actorum, qui in iudicio praesenti contra se directe non procedunt, neque actionem instituunt ratione alicuius iniuriae ipsis per se illatae. Verum et innotescitum ad actoratum instituendum per praesentem Commissionem inducere nituntur, quod nulla ratione fieri potest. Siquidem cuilibet liberum est iniuriam sibi illatam sufferre, quoad ipsi placuerit, et nemo invitus ad actionem alicui instituendam compelli potest. Actori etiam cuilibet ante institutionem causae liberum est tempus deliberandi et praeparandi omnia ad litem necessaria. Ad praesens vero licet ipse Philippus Francisci ex actoratu suo procedere vellet, munimenta tamen et probationes necessarias se producere non posse, quoniam ea omnia per memoratos Sebastianum et Valerianum Montelupic, cum se in certis negotiis hinc ablegassent, reseratis omnibus ipsis conclavibus sibi adempta sunt. Propter quas probationes denuo conquerendas necessario Florentiam, Norembergam et in alia loca sibi eundem vel mittendum esset. Qua de causa, si ad litis contestationem deveniretur, merito dilatio ad sex mensium decursum sibi Philippo concedenda esset. Prout etiam quoad exceptionem fori et ad deducendum, quod ipse Philippus Francisci ex persona sua, tum etiam negotia ipsius, si quae cum eisdem Montelupie<sup>2)</sup> habet, cognitioni iudicii praesentis commissarialis non subiacerent, in toto regressum liberum sibi reservatum esse et in causa ista sua nullum aliud forum nec alium iudicem suum se constituere velle, tantum Florentiae in iurisdictione sua propria. Cui iurisdictioni saepe dictos Sebastianum et Valerianum Montelupic pari modo subiaccere allegabat. Contra quos idem Philippus Francisci de iniusta sui evocatione extra forum suum competens, tum etiam de damnis, quae propter hanc sui evocationem perpeussus fuerit, salvam actionem in toto sibi reservavit et contra praemissa iterum atque iterum solenniter protestatus est.

Ex adverso memorati Nobiles Sebastianus et Valerianus Montelupic deducebant remissionem per citatum Philippum Francisci expetitam neque Florentiam, neque Norembergam fieri posse. Siquidem subditi Sacrae Regiae Maiestatis extra Regnum in exteris provinciis respondere non sunt obligati, saltem hic in Regno in foro suo competenti iis, qui se ab ipsis iniuriatos esse existimant, sese iustificare tenentur. Hoc etiam locum non habere, quod se citatus ad iurisdictionem Florentinensem revocat, quoniam authentice non probat se iurisdictioni illi subiectum esse. Et quamvis hoc probaret, absurdum tamen esset, ut subditi et servitores Sacrae Regiae Maiestatis ad exteris provincias evocarentur ad instituendos sibi processus iuridicos ratione controversiarum hic in Regno exortarum, et multo maius inconueniens esset, ut domini cum servo suo in alienis et exteris iurisdictionibus iustitiae administrationem requirere deberent ratione negotiorum hic in Regno peractorum. Quod etiam Philippus Francisci citatus queritur munimenta ipsi per se adempta esse, ex quibus probare posset ipsum socium negotiationis suae esse, ad hoc respondendo allegabant se ipsi nulla munimenta neque ullam intercisam, quae ad societatem negotiationis spectaret, in domo sua ademisse, exceptis certis literis, negotia mercaturae ipsorum propriae concernentibus, quandoquidem Philippus Francisci hoc nullatenus asserere neque probare posset, quod aliquem contractum seu intercisam ratione societatis mercaturae secum initae unquam habuerit, neque expresse specificat, ad qualia munimenta inferenda dilatio ipsi concedenda esset.

Si enim dilationem talem peteret ad producendum contractum, qui per se, Montelupie, et ipsum Philippum Francisci ratione societatis mercaturae constitutus et manibus ipsorum propriis utrinque subscriptus

esset, eiusmodi dilationi se non impugnatos, saltem ut per iudicium praesens terminus certus assignetur, in quo contractum eiusmodi coram aliquo competenti iudicio vel officio Regni producere deberet. Quoniam vero saltem perplexam dilationem sibi concedi petit et alias iniustas et invalidas exceptiones infert, eapropter petierunt, ut eis amputatis et reiectis iudicium praesens commissariale praefato Philippo Francisci decreto suo mediante iniungat, ut probationes et documenta ad praetensam istam societatem negotiationis spectantia, si quae habet, proferat. Quoniam vero eiusmodi probationes et documenta non profert neque proferre potest, ex quibus praetensam istam societatem negotiationis probare posset, et coram iudicio praesenti allegat, quod proponere non vult et facultatem praetensae iniuriae suae requirendae in aliud tempus ac forum reiicit, quibus progressibus non levem iniuriam sibi, Sebastiano et Valeriano Montelupim,<sup>2)</sup> infert, ideo se contra eundem Philippum Francisci coram iudicio praesenti proponere et querelam instituere pro eo, quod ipse Philippus se coram variis personis et negotiatoribus, tam hic in Regno, quam extra Regnum, sinistre traducit et bonam ac integram suam existimationem, inter bonos viros et negotiatores variarum nationum a longo tempore partam et hactenus illaese conservatam, ista praetensione societatis mercaturae et retentione mercedis deservitae inique vellicat et labefactat.

Cum tamen nunquam communis socius mercaturae ipsorum fuerit, neque etiam hactenus sit, neque ipsi quidpiam mercedis deservitae per se retentum sit, neque omnino aliquid debeatur, quinimo praefatus Philippus longe plus ex administratione negotiationis suae absque consensu suo perceperit, quam ipsi debebatur, quod registra negotiationis istius testantur, prout ratione eorum, quae plus sibi percepit, quam ipsi ratione mercedis deservitae proveniebat, salvam actionem sibi contra ipsum in foro competenti reservarunt. Et quoniam saepe dictus Philippus Francisci coram iudicio praesenti commissariali non probavit ipsi per se, Sebastianum et Valerianum Montelupie,<sup>2)</sup> aliquam iniuriam ratione huius praetensae societatis mercaturae illatam esse, neque se socium istius negotiationis fuisse, aut quidpiam mercedis deservitae sibi retentum esse docuit, eapropter supranominati Sebastianus et Valerianus Montelupi petierunt se ab omni ulteriori impetitione memorati Philippi Francisci, tam ratione istius praetensae societatis mercaturae, quam etiam ratione retentae mercedis deservitae, liberos et absolutos pronunciari atque praedicto Philippo Francisci perpetuum silentium in causa ista, iuxta contenta Commissionis Sacrae Regiae Maiestatis, iniungi imponique decreto iudicii praesentis commissarialis mediante.

Domini vero Commissarii hisce suprascriptis partis utriusque allegatis et deductionibus exauditis ac bene consideratis, eo attento, quod exceptiones, quas Philippus Francisci citatus infert, invalidae sunt ac de iure subsistere non possunt, licet enim causa haec in nulla priori instantia instituta neque praeeoccupata fuit, attamen quoniam Commissio haec per Sacram Regiam Maiestatem non ad causam civi alicui Cracoviensi (cui praerogativa ista patrocinator), sed ad decidendum differentias inter actores, uti servitores Suae Maiestatis, et citatum Philippum, uti servitorem ipsorum, data est, quod in libera voluntate Sacrae Regiae Maiestatis consistit servitoribus suis iudicium pro arbitrio suo constituere, et causa haec inter dominos et servitorem intercedit, servus vero per dominum in quovis iudicio et officio conveniri potest, et quamvis citatus sit extraneus, tamen ratione negotiorum hic in Regno actorum, prae-

sertim vero ratione societatis mercaturae, quam se cum actoribus, qui Regni incolae sunt, habere praetendit, non alibi quam hic in Regno de iure conveniri debet. Ideoque dilatio, quam petit ad producenda munita se huic iurisdictioni non esse subiectum, et provocatio ipsius, quam Florentiam facit, absurde infertur et nulla ratione nititur, siquidem cum levipendio Sacrae Regiae Maiestatis et Magistratum Regni hoc fieret, ut controversiae, quae inter subditos Sacrae Regiae Maiestatis hic in Regno oriuntur, ad extraneorum hominum iudicium et cognitionem remitterentur, et quoniam in causa praesenti agitur de bona fama et existimatione actorum, quam ex querelis citati Philippi eliberare cupiunt, qui quidem citatus, et si contra eos proponere et actionem instituire recusat, praefati tamen actores vindicandam et asserendam existimationem suam contra ipsum proponunt ac societatem mercaturae, quam citatus sibi per ipsos ademptam esse queritur, probari petunt et ipsum ratione mercedis deservitae plus percepisse asserunt, quam ipsi debebatur, ex his itaque rationibus et inhaerendo Commissioni Sacrae Regiae Maiestatis, se iudices competentes causae huius esse pronuntiaverunt ac praefato Philippo Francisci citato coram se, uti legitimis Sacrae Regiae Maiestatis Commissariis, cum actoribus Sebastiano et Valeriano Montelupi iuridice ulterius procedere decreverunt.

Hoc decreto exaudito, citatus seu innotescitus Philippus Francisci, uti ante et post fundatam iurisdictionem, ita etiam nunc post latum hoc decretum, contra iurisdictionem istam commissariam et omnem processum protestatus est, factaque ista protestatione a iudicio Dominorum Commissariorum discessit.

Actores vero suprarecensiti, Nobiles Sebastianus et Valerianus Montelupi, saepe dictum Philippum Francisci innotescitum ad ulteriorem processum causae eorum eisdem Dominis Commissariis peragendum, iuxta decretum superius latum, per Martinum Buta ministerialem acclamari fecerunt. Qui quidem ministerialis recognovit se memoratum Philippum Francisci ter et quater ultra iuris formam ad ulteriorem processum acclamasse. Cum vero ipse nec per se, nec per plenipotentem suum ad ulteriorem processum causae huius comparuisset, actores praenominati, videlicet Sebastianus et Valerius Montelupi, eundem citatum seu innotescitum Philippum Francisci in perpetua amissione causae huius, tam ratione probationis praetensae societatis mercaturae, quam etiam retentae mercedis deservitae, intercedentis, per Dominos Commissarios condemnari ipsique silentium perpetuum ratione praemissorum imponi petierunt.

Et Domini Commissarii Sacrae Regiae Maiestatis, visa contumacia innotesciti Philippi Francisci, qui temere ab iudicio ipsorum discessit, et quamvis per ministerialem ter et quater ultra iuris formam ad ulteriorem processum acclamatus esset, tamen nec per se, nec per plenipotentem comparuit, in contumaciam ipsius, ad legitimam vero actorum affectionem, inhaerendo Commissioni Sacrae Regiae Maiestatis, praenominatum Philippum Francisci in perpetua amissione causae huius, tam ratione praetensae societatis mercaturae, quam etiam ratione retentae seu non exolutae mercedis deservitae vertentis et intercedentis, iuxta contenta Commissionis et mandati Sacrae Regiae Maiestatis ac innotescitiae suae commissarialis, iudicialiter condemnaverunt actoresque praefatos, Sebastianum et Valerianum Montelupi, ab impetitione eiusdem innotesciti Philippi Francisci ratione istius praetensae societatis mercaturae et mercedis deservitae liberos et absolutos pronuntiaverunt silentiumque per-

petuum eidem Philippo Francisci ratione praemissorum omnium imponerunt imponuntque praesentibus, decreto suo commissariali ad praemissa mediante.

In praemissorum omnium fidem ac evidens testimonium actus iste commissarialis subappressione sigillorum et subscriptione manuum praenominatorum Dominorum Commissariorum est roboratus. Actum Cracoviae, anno et die, quibus supra. Casparus Gutteter manu propria. Martinus Fihauzer manu propria. Stanislaus Shembek. Urbanus Fryser manu propria.

a) Supplicatumque est nobis pro parte praedictorum Sebastiani et Valerii Montelupi, ut hoc idem decretum Commissariorum nostrorum autoritate nostra regia approbare, ratificare et confirmare dignemur. Cui supplicationi, uti iustae, nos benigne annuentes, illud scilicet decretum ratum et gratum habentes, autoritate nostra regia in omnibus illius punctis, clausulis et conditionibus approbavimus, confirmavimus et ratificavimus, prout praesentibus approbamus, ratificamus et confirmamus, decernentes hoc decretum Commissariorum nostrorum robur debitae et perpetuae firmitatis obtinere debere harum testimonio literarum, quarum in fidem et evidens testimonium manu nostra subscripsimus, sigillum nostrum praesentibus est appressum. Datum Varsaviae die XXVI mensis Februarii anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo septimo.<sup>b)</sup>

Sigismundus Rex.<sup>c)</sup>

*In exemplari sequitur haec adnotatio notarii:*

In nomine Domini. Amen.

Praesenti publico instrumento cunctis pateat evidenter et sit notum, quomodo anno eiusdem Domini millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, indictione Romana XI, pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Domini Clementis divina providentia Papae VIII foeliciter moderni anno sexto, die vero vigesima mensis<sup>2)</sup> Februarii, in mei, notarii publici testimonioque infrascriptorum, ad id specialiter vocatorum et rogatorum, praesentia personaliter constituti Magnifici Domini Sebastianus et Valerianus Montelupie,<sup>2)</sup> Florentini, mercatores Cracovienses, et tenentes suis in manibus actum suprascriptum commissariam in quinque cum medio foliis descriptum, controversiam et decretum inter eosdem Dominos Sebastianum et Valerianum Montelupie, actores, ex una, et Nobilem Dominum Philippum Francisci Florentinum, civitatem,<sup>2)</sup> ex altera partibus, de et super societate mercaturae et mercede deservita rebusque aliis in actu huiusmodi latius descriptis, per Nobiles ac Spectabiles Dominos Casparum Gutteter, Martinum Fichauer, Stanislaum Sembeck, Consules Cracovienses, et Urbanum Friser, Iuris Supremi Magdeburgensis Castri Cracoviensis Scabinum, Iudices Commissarios Sacrae Regiae Maiestatis, anno praesenti feria quarta in festum Sancti Valentini proxima latum et promulgatum, in se continentem, sigillis obsignatum et manibus propriis, uti apparebat, eorundem Dominorum Commissariorum subscriptum, me, notarium publicum infrascriptum, quatenus praesens transsumptum seu exemplum cum eodem actu originali de verbo ad verbum auscultarem et collationarem, debita cum instantia requisiverunt et petierunt.

Et ego, nottarius publicus infrascriptus, taliter requisitus, recepto ad me huiusmodi actu originali et transsumpto praesenti, cum suis originalibus de verbo ad verbum diligenter auscultavi, concordavi et in quibusdam locis ommissa<sup>2)</sup> supplere feci. Super quibus omnibus et singulis praemissis dicti Domini Sebastianus et Valerianus Montelupie petierunt sibi a me, nottario publico, in papyro praesens publicum instrumentum confici et extradi. Acta fuerunt haec Cracoviae in loco solito habitationis dictorum Dominorum Sebastiani et Valeriani Montelupie sub anno, indictione, pontificatu, die et mense, quibus supra, praesentibus ibidem Magnificis Dominis Hyeronimo Massa, Veneto, et Basilio Uliano testibus, ad praemissa vocatis et specialiter rogatis.

Et quia ego, Albertus Mattiae Bolcovius, publicus sacra apostolica et imperiali autoritate nottarius, praemissis omnibus et singulis una cum suprascriptis Dominis testibus praesens interfui eaque omnia et singula sic, ut praemittitur, fieri vidi et audivi, ideo in hanc publicam formam sumpsit et publicavi rogatus et requisitus.

a)-b) hoc fragmentum in exemplari deest.

c) verbum: Cracoviensis scriptum est in margine.

d) in ms. quo (in exempl. qui)

e) subscriptio regis manu propria est exarata (in exempl. deest)

z) sic in ms.

N. 216.

s.l. [post 19.I.]1598.

*Ignotus*

[*ad informationem curiae imperialis?*]

*de decessu magni ducis Moscoviae [Theodori Ioannidis I], et aliae notitiae.*

(*"Avviso"*)

A.M.F. F. 4293, f. 617.

Avvisa la morte del Gran Duca di Moscovia, seguita alli VI di Genaro, secondo il calendario anticho.

Che il Duca Christoforo Radzivil scrive che detto Gran Duca, vedendosi vicino alla morte, et venire a se il fratello della moglie, che governava tutti quei stati, et altri, anche ecclesiastici, per esortarlo a disporre di se et delle cose sue, egli non si turbò, ma allegramente li ricevette.

Che avvisandolo ad avvertire che non lasciava figliuolo, che le<sup>2)</sup> succedesse, et perciò dicesse in ciò quello che gli pareva quanto all'eleggere il nuovo Gran Duca, disse, voltatosi al fratello della moglie, che se bene lo conosceva prudente, savio et atto ad ogni cosa, nondimeno non poteva lasciarlo nell'Imperio per esser nato di bassa stirpe.

Che però, voltatosi al Mikzita Romanoviz, soggiungesse che a lui giudicava convenirsi la successione, et li raccomandò il fratello della moglie, acciò lo tenesse nel luogo che egli vivendo l'havea tenuto, et a lui comandò che obedisse il detto Mikzita.

Che se morto lui non fussero stati d'accordo, eleggessero tre di loro et mandassero li nomi all'Imperatore de Romani, et si tenesse per Gran Duca quello che egli havesse nominato. Ma che, se l'Arciduca Massimiliano havesse volsuto ricevere quello stato, li pregava ad obedirgli, et spirò poi doppo.

Doppo s'intende tutto il Regno essersi diviso in quattro fattioni: il Mikzita seguitare tutta la nobiltà, et il fratello della moglie del morto haver tutta la famiglia et mezzo della Corte, che uscendone al numero di molte migliara, et tra loro farsi quasi una guerra aperta, sebene con tutto ciò non si lascia di custodire li confini in maniera che nessuno facilmente può entrare o uscire di Moscovia.

Che il Re di Polonia manderà in diligenza huomini che precedino quelli Ambasciatori che doveranno andare, i quali haveranno da sollecitare gl'elettori et cercare di far lega perpetua contro il Turco, overo non potendo ottener ciò, faccino una buona et lunga tregua con quel Signore che sarà eletto.

Pare necessario a chi desidera giovare alle cose della Christianità, che Sua Maestà Cesarea mandi li suoi Ambasciatori, ma per diverse strade. Che quelli che passeranno per Polonia, habbino il passaporto del Re, dicendo d'andar solo per conservar l'amicitia con chi sarà Principe, et per eccitarlo contro il Turco et per fare che detto Principe non lasci passare i Tartari a danni de christiani, a fino che faccino quello che tornerà più conto della Serenissima Casa d'Austria.

Di più avvisa che havendo il Senato et nobiltà di Polonia cercato di dissuadere il Re dall'andare in Suetia, con esortare d'accomodare le cose di quel Regno con Ambasciatori di Sua Maestà, era resoluta però d'andare.

Che però per la pace interna et esterna del Regno et Gran Ducato di Lituania si saria armato il Gran Cancelliero, quale temono alcuni che havendo tanto esercito non faccia altro et tenti imprese, quali gli presenteranno l'occasioni correnti.

Che a molti rincresce che tra il Regno di Polonia et Sua Maestà Cesarea non si sia conclusa la lega contro il Turco, perché si conosce molti haverla impedita per interessi particolari.

Che si sa Massimiliano esser fatto Principe di Transilvania, che il Principe haveva fatto divortio con la Principessa, che detto Principe saria Arcivescovo di Toledo et Cardinale, sebene si dubita della verità.

Che ci sono alcuni che dicono ciò farsi per torre la Valacchia al Principe et per haver facile adito in Polonia da quella parte.

Che l'Ambasciatore Pollacco s'era partito di Constantinopoli senz'haver conclusa la tregua; che presto verrebbe quel del Turco per rispondere cathogorice alle proposte fatte, ma che non se gli doveva dar fede, ma prepararsi per resistere al Turco, se havesse fatto movimento contro il Regno.

Che saria stato meglio congiungersi con l'Imperatore gl'anni passati contro il Turco.

Che ci sono alcuni che dicono doversi fare una legge perpetua, che venendo interregno, si escluda affatto la Casa d'Austria, proponendo gravi pene a chi contrafarà.

*In margine alia manu: 1595*

z) sic in ms.

N. 217.

Varsaviae [ante 20.V.]1598.

*Ignotus*

[*ad informationem magni ducis Etruriae Ferdinandi I*]  
*de prospectato itinere regis Poloniae [Sigismundi III] in Suetiam.*

(*Exempl.*)

A.M.F. F. 4293, f. 618.

Determinatione della Dieta dell'anno 1598 in Varsavia.

L'ordine senatorio e Republica hanno giudicato doversi dare a Sua Maestà per il viaggio da farsi in Suecia trecento miglia fiorini.

Il Ducato Lituano cento miglia.

I Pruteni cento mila.

L'ecclesiastico cento mila. In tutto fiorini 600 mila.

Le inimicitie et odii, che tra principali Senatori erano, hanno hauto fine con buona et sincera reconciliatione.

Si è fatta rassegnatione di gran somma di danari per riscuoter beni regii, impegnati a diversi, tanto in Polonia che in Lituania.

E' costituito si faccia la revisione di tutti i censi et entrate delle possessioni de nobili et regali per ridurli alla corona, come eran prima, et ricompensare quei tali che ne fussino tenutarii.

Col Turco si è rinovato la pace antica.

E' assegnato a Sua Maestà il termine del ritorno di Suetia: un anno et dodici settimane, et il Re deve partire di Varsovia XX di Maggio 1598.

N. 218.

Varsaviae, 18.IV.1598.

*Ioannes Franciscus Sernigi*

*Belisario Vinta*

*notitiae variae ex Polonia, inter alias de projectione regis [Sigismundi III] in Sueciam, de differentiis inter archiepiscopum [Stanislaum Karnkowski] et cancellarium [Ioannem Zamoyski], de internuntio in Moscoviam misso.*

(*Orig.*)

A.M.F. F. 4293, f. 619.

Illustrissimo Signore e Signor mio Colendissimo.

Dalla Dieta si è concluso il dare a Sua Maestà 300 mila fiorini, dua terzi dalli Pollacchi e l'altro da' Littuani, e facultà di fare gente in Russia, Livonia e altre provincie, dalle quali averà poi circa 10 mila pagati. Poscia in suo particolare averà molte centinara di aiduchi, e fra quattro settimane si partirà alla volta di Danzica, havendo tempo da tornare nel Regno da settembre a un anno. Tra tanto reggerà in governo l'Arcivescovo di Gnesna, il quale, zelante della pace del Regno, ha fatto con parole oltraggiose resistenza al Gran Cancelliere. Il quale voleva avere autorità suprema di adunare un essercito pronto per i bisogni fortune-

voli, persuadendo il pericolo che ne potrebbe seguire dai Tartari, la passata de' quali per questo Regno contro imperiali non si è concessa a questo Chiaus, che per ciò era anco venuto a questa Maestà con tante profferte già scritte, e di più che non voleva tirare tributo dalla Valachia, nella quale i Pollacchi costituiscono il Palatino, et che voleva pace vivente questo Turco. Alli confini di questo Regno è andato il Palatino di Podolia per assicurarsi maggiormente delli Tartari, e al Gran Cancelliere non si è dato autorità senza l'intervento prima di molti Senatori, la convocazione de quali sta a Monsignor Arcivescovo.

Questo giorno è arrivato un Ambasciatore dall'Arciduca Alberto e per ancora non si sa a che effetto. Se però non sia penetrabile per conto di vascelli in poter navigare a Danzica.

Andò un internuntio in Moscovia, dove dopo la morte di quel Gran Duca è rimasta quella femina in custodia a dua Senatori. E presto vi anderà il Gran Cancelliere di Lituania in legatione, nunciando che elegghino questo Rege, il quale, dicono, piglierà per moglie quella Signora.

Fu portata qui subito la copia della lettera del Signor Baron Svarzemburgh al Serenissimo Massimiliano intorno alla presa di Ghiavarino. Ma io non la mando, credendo che ne siano già molte venute alle mani di Vostra Signoria Illustrissima, alla quale prego dal Signore lunga e felice vita. Da Varsovia li 16 di Aprile 1598.

Di Vostra Signoria Illustrissima  
obligatissimo e perpetuo servitore  
Francesco Sernigi.

N. 219.

Cracoviae, 14.VI.1598.

*Ioannes Franciscus Sernigi*

*Belisario Vinta*

*notitiae variae ex Poloniae, e.g. de Tartaris in Hungariam euntibus, de lanterna Gedanensi occupata, de morte episcopi Olomucensis [Stanislai Pawłowski].*

*(Orig.)*

*A.M.F. F. 4293, f. 620.*

Illustre Signore e Signor mio Colendissimo.

Non posso per ancora assicurarmi di dare sicuri avvisi a Vostra Signoria Illustrissima delle cose che passano qua d'importanza, ma non resterò per questo di significare quello che hora è tenuto per vero. Che li Tartari al numero di 70 mila sieno alle confina nella Podolia al Boristene è vero, ed è verissimo che vogliono passare per il Regno per andare in Ungaria contro imperiali. Ma per ancora non si dà ordine in proibirli, se bene a questa hora sono stati avisati tutti li Senatori, come ha scritto il Signor Duca Crachoschi, Castellano di questa città. Dubitasi in ciò che non siano inventioni del Gran Cancelliere, il quale ha sempre fatto opera che Sua Maestà non si partisse, e per la diligenza che habbia fatto sempre non è riuscito altro.

E' venuto nuova che le genti indirizzate e inviate a Danzica di Sua Maestà habbino presa la lanterna di detta città, e li Danzicani haverli alcuni di loro bonariamente intromessi e senza sospetto, perché scriveva e comandava che s'imbarcassino quanto prima, perché haveva havuto aviso che il Duca Carlo si era ritirato abbandonando le fortezze. Non per ciò è credibile, perché non è tornato quel Signor Laschi di Suetia e non è arrivato qui un camornic<sup>2)</sup> del Signor Cardinale che deve portare aviso delle cose che passeranno alla Corte di Sua Maestà Cesarea, e senza confirmatione non è da credere fermamente.

Ho havuto aviso di Vratislavia che erano ivi stati uno della Maestà Cesarea e dua per il Principe Transilvano, a pigliare il possesso di quelli luoghi datili nella Slesia per la promuta in Transilvania, e che erano di entrata di 100 mila talleri. Appresso a questo viene avviso da più parti che li Transilvani non si contentano dell'<sup>2)</sup> Serenissimo Massimiliano, disiderosi pure di havere Principe il Signor Cardinale Battori, il quale si va avvicinando a quella volta. Del che spero dare confirmatione a Vostra Signoria Illustrissima migliore. Fra tanto per fine scrivo la morte del Monsignor Vescovo d'Olelmuccia,<sup>2)</sup> seguita pochi giorni sono con dolore di tutti li buoni cattolici.

Hanno sentito li Signori Pollacchi che Sua Santità è passata a Trento, incognitamente, per abboccarsi con la Maestà Cesarea, e l'ha scritta un clarissimo al Signor Starosta Crepicz, onde credano di qualche lega universale, e non ne sono alieni. Il che ci conceda il Signore con felice e prospera vittoria. Di Cracovia li 14 di Giugno 1598.

Di Vostra Signoria Illustrissima  
obligatissimo e perpetuo servitore  
Giovanni Francesco Sernigi.

<sup>2)</sup> sic in ms.

N. 220.

Cracoviae, 20.VI.1598.

*Ioannes Franciscus Sernigi  
Belisario Vinta*

*de Sigismundi III itinere in Suetiam per Olivam, cum magno comitatu;  
de Samuele Laski ex Suetia expectato.*

(Orig.)

A.M.F. F. 4293, f. 621.

Illustrissimo Signore e Signore mio Colendissimo.

La Maestà Serenissima di Pollonia partì alli 16 per Olivar,<sup>2)</sup> disegnando fra le tre settimane imbarcarsi per Suetia poco lontano da Danzica. Nella quale città non voleva passare, ancora che quelli cittadini l'havessero invitato per il transito di poche persone seco. In questo mentre si è fatta la mostra di 2500 aiduchi e 3 mila altri fanti, tutti in varii Capitani di quelli proprii paesi. Di poi fra Pollacchi et Suetesi e cortigiani di Sua Maestà, drabanti e altri servitori, sono pervenuti al numero di mille. Il Vaier ha all'ordine 400 cavalli. Il Farnespech,<sup>a)</sup> Generale, con altri gentilhuomini, e li cavalli di Sua Maestà furno al numero di 500.

Di Fillandia e Livonia e Suetesi, fra cavalli e fanti sono al numero di sette in otto mila persone, e tutti haranno commessione che se non potranno riscontrarsi con le navi di Sua Maestà, faccino ogni loro meglio di mettere piedi in terra in qualunque luogo di Suetia, dove potranno pigliare porto.

Il Signor Samuell Laschi ogni giorno si aspetta di Suetia et di là non si ha cosa certa, se non che lui ha fortificato tre fortezze principali per difendersi, ma nella medesima mi scrivono di Danzica che habbia quel Duca messo in dua galere tutti li suoi tesori per potere fuggirsene, bisognando, et questo lo fa a maggiore cautela, perché non ha amicitia con il Re di Danimarca. Il quale darà aiuto a questo Re di qualcosa, se però farà di bisogno, sperando senza quello e con le sole forze <sup>b)</sup> predette rihavere il Regno di Suetia, con l'animo, al solito santissimo e generosissimo, di ridurre alcuni smarriti dalla cattolica fede, li quali son pochi.

Cum autem in medium nostrorum pro habenda convocatione non ultra diem decimum sextum Maii venerit<sup>b)</sup> consueto comitatu, sine ullis millitaribus signis aut aliquo apparatu bellico, pro solito suo in pacata Republica more, in haec verba ad Sacram Regiam Maiestatem dicet:

Serenissime et Potentissime Rex, Domine Domine Clementissime, omnes hi<sup>c)</sup> praeteriti<sup>d)</sup> in Republica motus, quorum uti auctorem, ita et promotorem me fuisse agnosco, non ex malevolentia ulla vel offensa aliqua erga Maiestatem Vestram Regiam, cuius dignitati et securitati periculo vitae meae defensam parabam, mihi provenere, sed ex eo solo, quod tanquam desiderari aliquid in Republica arbitratus sum. At cum Illustrissimi Senatores Regni et maxima equestris ordinis pars nihil ita perniciosum, quod merito Rempublicam afficiat vel eidem damnum aliquod afferat, animadvertant, eorum ego iudicio acquiescens, assensu insuper meo, his omnibus comprobatis, incepta desero humiliterque supplico, ut Maiestas Vestra Regia omnibus meis anteactis progressibus benigne clementerque praetermissis, me in gratiam suam regiam recipere dignetur.

Ego vero, sepositis omnibus prioribus meis intentis atque hac ipsa obedientiae facta renunciatione, integram fidem servitiaeque mea Maiestati Vestrae Regiae tanquam Domino meo clementissimo defero, candide et syncere a priore meo incepto recedens, omnibus me ad idem ipsum praestandum <sup>c)</sup> autorem fore et suasorem promitto, ut <sup>c)</sup> nimirum ii omnes regimine Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae, iure communi constitutisque Comitiorum contenti ea pariter, quae extra rectum ordinem usumque legum acta sunt, relinquunt ac in toto pacatos <sup>f)</sup> se quam maxime gerant. Quod autem renunciatione hac obedientiae debitum Regiae Maiestati Vestrae fidei meae vinculum <sup>g)</sup> infirmatum sit, reassumendo iuramentum meum senatorium sub eiusdem vinculo fidem et obedientiam Sacrae Regiae Maiestati Vestrae non secus, ac priori meo iureiurando, confirmatam promitto.

Constitutiones vero nuper actorum Comitiorum quod attinet, eae ut ex communi omnium ordinum consensu dependent, ita considerationem earum futuris referre Comitiiis res postulat.

Quoniam vero habitis hisce aliquot conventionibus eo periculi ac difficultatum pervenerit adeoque perturbata sit Respublica, non amplius Dominus Palatinus Cracoviensis ulla talia conventicula nec ipse per se, nec per submissas personas facere attentabit, neque se ipsum illis ullo modo immiscebit, quin potius ex officio suo senatorio talibus se opponere Suaeque Regiae Maiestati ac Senatui sese adiungere tenebitur, haud quidquam nihilominus e recepto ac legibus constituto huius Reipublicae more in eo derogando.

Offensas, quas tam cum aliquo ex Senatu vel dignitariis Regni, quam cum aliis quibuscunque personis habebit, eas arbitrio Senatus committet ipseque pro sua parte quiete pacificeque sese geret. Quod etiam illi ipsi vicissim praestare tenebuntur. Pars quoque Domino Palatino adhaerens, qui obedientiam Sacrae Regiae Maiestati renunciare ausi sunt, praestito formali iuramento, si in gratiam a Regia Maiestate recipi postulaverint, eam ipsis Regia Maiestas praestare dignabitur.

a) sequitur expunctum: de

d) correctum ex: praeteritos

b) sequitur expunctum: con

e) hoc verbum supra lineam scriptum legitur.

c) hi loco expunctorum: quos et hos scriptum est.

f) correctum ex: pccatosque

g) sequitur expunctum verbum: allquantum

N. 233.

s.l. [1569].

*Ignotus*

*ignoto*

*de ducis Moscoviae [Ioannis IV] desiderio Catharinam Jagellonicam ducis Finlandiae [Ioannis] uxorem sibi obtinendi; de regis Suetiae [Erici XIV] dementia deque eius cum fratre Ioanne restaurata pace.*

(*"Avviso"*)

A.M.F. F. 4294, f. 8-9.

Già è noto et manifesto che sonno <sup>2)</sup> circa 12 anni che il Duca di Moscovia desiderava havere la sorella maggior del Re di Polonia per moglie, et vedendo che si era data al Duca di Villandia, <sup>2)</sup> diventò inimico del detto Re di Polonia, et di questa ira tanti anni fa ha fatto guerra in

Livonia et Lituania. Et perché haveva detto che doppo che non se gli era stata dato per amore l'haverrebbe per forze, intendendo che il Re di Suetia haveva fatto prigione il detto Duca et sua consorte et confinatoli in una insola, chiamata Bonae Spei dell'anno del 66, et per la festa di Santo Bartholomeo mandò suoi Ambasciatori al detto Re di Suetia, rallegrandosi seco della prigione <sup>a)</sup> del detto Duca di Fillandia et essortandolo a far morire esso Duca, con prometterli che si lo faceva et gli dava la detta sorella del Re di Polonia, che li lascierebbe il tributo che li pagava per causa della Fillandia. Et li prometteva, oltra questo, di aiutarlo contra tutti li suoi inimici et successive mandò un corriero a confirmare il medesimo. Il qual non fu ben gionto che spedì al medesimo altri Ambasciatori, aggiungendo che se non mandava in essecutione questo suo desiderio che li denunciava la guerra.

Et di questo negotio si trattò quasi un anno di longo et le cose erano <sup>2)</sup> venute in tanto che della parte dal detto Moscovita furono mandati 4 Ambasciatori primarii della corte sua, accompagnati da 324 cavalli, quali ancora hoggi si ritrovono in Stochholm, città regia di Suetia, et di quella del detto Re di Suetia ne furono mandati altri tanti per confirmare quello che il detto Moscovita desiderava. Ma perché vi erano molti delli primi del Regno di Suetia amavano <sup>b)</sup> molto il detto Duca di Fillandia, quelli, qui tuebantur partes Moscovicas, deliberorno di fare li Comitii del Regno di Upsal, chiesa metropolis del Regno, dove si fecero morire 7 delli primi chi <sup>3)</sup> erano per favorire il detto Duca di Fillandia et si era data nota delli altri che si dovevano far morire, acciò che tanto più facilmente si potesse sadisfare al'animo del Moscovita. Et morti che furono li detti 7 capi, furono deputati 50 persone benissimo armate per (con lettere del Re di Suetia alli guardiani del Duca di Fillandia) andare ad amazzare esso Duca et condorre cattiva la Duchessa.

Et queste cose fatte et spedite, la notte medesima il Re di Suetia è diventato arabiato. Mutati li vestimenti regii et pigliatene de villano et vestitiseli, se ne andò vagabondo cinque giorni per le montagne, prima che si potesse ritrovare. Et ritornato il giorno seguente uno Suetio mandato alcune settimane et mesi passati del detto Re di Suetia al Re di Polonia, il quale rapportava lettere assai amorevole, et presentatoli al Senato, subito furono mandati corrieri alli predetti 50 deputati (chi erano già pervenuti a dua leghe della isola) che non passassero più oltra. Et cognosciuta dalli proceri del Regno che quello che era fatto era stato da una rabia, fecero alcuni governatori molto amici del detto Duca di Fillandia, i quali subito li diedero maggior libertà che non haveva fin hora havuta. Il che dal detto Re cognosciuto, o altramente spinto, si liberò di cominciare a scrivere al detto Duca, suo fratello, con pregarlo che li volesse perdonare.

Et doppo alcune lettere, esso diede lettere di salvo condotto al detto Duca, et esso Duca ad esso Re, acciò che potessero ragionare insieme, et iam tandem fuit constituta dies 8 Octobris per convenire insieme in un luoco chiamato Schwartz et discosto 2 leghe dalla detta insola. Et perché il Duca doveva venire in una gallera con la sua moglie, il Re andò ad incontrarlo in littore maris, et vedutolo vicino alla riva, cominciò a scoprirsi il capo. Et descenduto il Duca in terra, il Re si messe in ginocchion et si strazzinò sino alla persona del detto Duca. Al che esso Duca fece anco il medesimo. Et levati su tutti doi, vi furono gran contrasti tra loro, perché il Re voleva tenere il fratello alla man drita, come Re et suo Signore. Al che contradiceva il Duca per molestia, et ancora a

pena a Schwartz lo voleva mettere solo con la sua consorte sotto il baldachino, ma non lo volse patire il Duca. Et così stettero allegri, et il giorno dopo il Re con Carolo, fratello minore, andò a trovare il Duca nell'isola, et menando seco la sua concubina, che chiamava sua moglie et della qual ne ha alcuni figli, gliela raccomandò et detti suoi figli, quando sarebbe nel suo Regno. Il qual gli haveva rinunciato.

Et per venire al fine di questo negotio, il Re ha fatto 19 capitoli, delli quali sono 10 principali, che debba conservare nel Regno la religione Lutherana et Melanctonica.

Che li consegna qualche mediocre Principato, nel quale possa vivere.

Che non sia tenuto a rispondere a niuno se non al Re solo, et che non sia tenuto a pagare niun debito del Regno.

Che del thesoro possa pigliare doi soli scrinii, l'uno delli quali era quasi voto, et questi per maritare le sua<sup>2)</sup> figliole.

Le lettere, per le quali s'intendono queste cose molto più al lungo, sonno scritte alla detta insola alli 8 di Novembre dell'anno passato.

Et oltre questo<sup>c)</sup> vienne affermata per certissimo che la detta Duchessa ha già scritto alla sua sorella Anna Infanta, acciò che lei voglia intercedere appresso il suo fratello per ottenere da lui che non facci pace col Moscovita senza esser compreso il detto Duca di Fillandia con tutto il Regno di Suetia, essendo verisimile che li vorrà fare la guerra, havendo pace con Polacchi.

a) *sequuntur repetita verba*: seco della prigione

c) *sequitur verbum expunctum*.

b) *in ms. amanano*

z) *sic in ms.*

#### N. 234.

s.l. [1568].

*Ignotus*

*ignoto*

*notitiae ex Suecia.*

(*"Avviso"*)

*A.M.F. F. 4294, f. 10.*

#### Novitates Sueticae.

Pro certo confirmatur conflictum factum esse et Regem Daniae victoriam quidem reportasse, sed admodum luctuosam. Iuxta dictum: dolet victor et flet victus.

Regem Sueciae prorsus inutilem deinceps administrationi Regni, fratrem Regis, Ducem Ioannem, detrectare imperium in hac triste facie omnium rerum. Itaque sola Regni administratio pendet a Regni proceribus.

Legatos Muscoviticis, qui frequentes dicuntur adesse, et quidem numero ducenti cum comitatu dedisse in suis hospitibus maximas turbas, et ob id illis edictum esse, ne sub poena pedem extra limen hospitii efferant.

*Ignotus**ignoto**de Caroli Sudermaniae ducis in Livoniam et Prussiam incursione.**("Avviso")**A.M.F. F. 4294, f. 11.*

De occupata Livonia, Prussia et Gedano a Duce Carolo Filandiae diversa dicuntur. Livones etiam illi, qui in Estonia degunt, ubi urbs est primaria seu metropolis Revalium, dicunt hanc declarationem eidem Duci remisisse se tantummodo ei, qui sit Rex Suetiae, parere et Regno Suetiae adherere velle. Haec autem declaratio ambigua est, ex qua nihil recti concludi potest, idque non minus, cum et ipse Dux Carolus Serenissimum Sigismundum adhuc pro Rege Suetiae recognoscat.

Scribitur et hoc Ducem Carolum pergere iam in partes Livoniae cum classe insigni et bene instructa, sed quod hactenus his copiis aliquid ibi tentarit aut effecerit, nondum certo constat.

In Comitibus autem Warsoviensibus proximis nulla subsidia ad bellum gerendum in Suetiam ab ordinibus Regni Poloniae decreta sunt. Admissum autem est, ut proventus vacantiarum, tam spiritualium, qui modo ditissimi esse perhibentur, quam etiam secularium, Maiestati Regiae cederent.<sup>a)</sup>

a) in ms. cederint

*Ignotus**ignoto**de magni cancellarii [Ioannis Zamoyski] bello in favorem Sigismundi [Bathorei] in Moldavia parato; de oratoribus Poloniae et Moscoviae ad curiam imperatoris [Rudolphi II] advenientibus.**("Avviso")**A.M.F. F. 4294, f. 12.*

S'intende ultimamente da securissima parte che il Gran Cancelliero di Polonia habbia mandati circa III mila Polacchi ai confini di Moldavia in favore di Sigismondo, che tuttavia disegna di rimpossessarsi della Transilvania, et che'l Moldavo e'l Turco sieno anche loro in ordine con grosso numero di gente per assalire da tre parti quella provincia. Onde il Walaccho, lasciati in Alba Giulia i commissarii imperiali et in custodia loro il Chiaus del Turco, et mandato incontro al Pezzen ad avvisarlo che sollecciti ad arrivar con i denari, è uscito in campagna con 35 in 40 mila combattenti, il quale è però inferiore a' nemici. La resolutione del Walaccho è d'andarsene a guardare la Walacchia, lasciando che l'Imperatore si difenda la Transilvania. Ha inviato anche qua un suo mandato che s'aspetta ogni giorno, perché rappresentato a Sua Maestà la necessità della difesa della medesima provincia, et perché pensi la Maestà Sua di mandarvi gente per questo effetto. Si sta temendo hora qua che il Walaccho non resti al di sotto, perché sebene egli è inferiore di forze ai nemici.

è però risoluto di combattere ogni volta che se gliene presenti l'occasione, mentre egli se ne passa in Walacchia.

S'aspetta pur anche qui un Ambasciatore del Polaccho con una gran comitiva di cavalli, et è l'istesso che è stato ad assistere alle nozze di Gratz. Da principio s'intese che veniva solo per giustificare con Sua Maestà l'uscita delli III mila Polacchi, ma che fra Gratz et Vienna le sia sopraggiunto un corriero con ordini nuovi. Onde habbia l'Ambasciatore fatto intendere qua di portare ambasciate che saranno sentite con soddisfazione da Sua Maestà. S'è havuto qualche dubio circa il modo di ricevere questo Ambasciatore, stante la venuta di quello del Moscovita che sarà qui domani o l'altro, per la competenza che passa tra quei due Principi della superiorità. Ma pare che si sia preso partito di sollecitare il Moscovita et spedirlo subito, et trattenere intanto il Polaccho sotto pretesto che qua non vi sia luogo capace di tanta gente.

Il Marchese di Borgau non ha ancora havuto audienza, et sebene non può affermarsi la cagione della sua venuta, si tiene però dalla maggior parte che sia per mandarsi in Transilvania.

Da Pilsna li 13 di Maggio 1600.

N. 237.

s.l., s.d.

*Ignotus*

*ignoto*

*excerpta ex litteris patris Reymani S.I. ad patrem rectorem Crumloviensem, in quibus horribilia in Lithuania, ex bello Livonico orta, enarrantur.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4294, f. 15.*

Ex litteris Patris Valentini Reymani Societatis Iesu scriptis ad Patrem Rectorem Crumloviensem. Ex Polonia.

Ex bello Livonico tanta rerum omnium penuria et fames subsecuta est tantusque hominum interitus, ut cladem Hyerosolimitanam si non excedat, certe adaequet. Testes sunt complures eius rei, sed ut inauditam ab orbe condito calamitatem agnoscat, quaedam attingam, quae ipse ex Reverendo nostro Patre Viceprovinciali Lituaniae accepi, presentibus nonnullis Patribus.

Faemina quaedam eo quod carne humana vesceretur, carceribus mancipata est. Examinata, an a flagitio discedere vellet, respondit palam et libere se id nunquam facturam. Quare viva igne cremata est. Quaedam aliae mulieres, magnitudine famis impellente, filios in fluvios demerserunt ac se ipsas, ne filiis ac tanto dolori superstites essent, in eosdem praecipitarunt. Alius omnes suos filios enectos, excoctos et elixos devoravit, nec minimo natu pepercit. Adiit illum forte sub id tempus, quo is epulabatur, amicus invitatus: Atrei et Thiestis mensae accubuit, carnes sibi propositas avidè comedit. Absumptis dapibus, rogatus a convivii domino, vel Atreo potius, quid comedisset, ignorare se respondit. Adiunxit etiam nunquam melius se caenasse. Tum vero ille convitator: Credo equidem, amice, nam meo mihi filio, quem postremum genui, nihil fuit iucundius, quem tibi epulandum proposui. Obstupuit ille...<sup>a)</sup> praediis am-

plus triginta cadavera extincta fame (inauditum facinus) a viventibus adsumpta. Ex nostris pagis plus mille inedia periere. Pagi pene omnes deserti incolarum interitum testantur. Multitudo ingens servitiis sese offert pro tantillo panis.

Ex pedestribus Cancellarii copiis (fuere decem millia) vix ducenti numerantur, caeteros lues et inedia consumpsit. Cadavera longe lateque passim humi iacent, devorantur a canibus, qui etiam in vivos saeviunt. Faemina cum filio natu grandiori conspiravit in mariti necem, quem cum duobus iunioribus filiis necavit, dumque infandas epulas appararet ac igni torreret, nidore carniū prodita sibi ipsi collum confregit, reliquis, qui ex scelere supererant, filiis in aquam demersis. Quid dicamus amplius? Centum millia inedia periere. Iam commeatus aliquis Rigam advectus est, sed homines inedia confecti avidè cibum sumentes extinguuntur. Omitto plurima, quae mihi haec scribenti horrorem incredibilem incutiunt.

a) totus versus ob destructionem chartae deletus est.

N. 238.

s.l. [1601].

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Livones*

*ad fidem sibi servandam eos exhortatur, non obstante Caroli ducis Sudermaniae invasione.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4294, f. 16.*

Sigismundus etc.

Vobis omnibus et singulis Livonibus, qui Caroli Sudermaniae Ducis sectam sequimini eique militatis, significamus misisse nos Illustrem et Magnificum Ioannem Zamoyski de Zamoscio, Regni nostri Cancellarium Supremum et exercitus nostri Capitaneum Generalem, cum exercitu nostro in Livoniam, ut eam a vexationibus Caroli Sudermaniae Ducis liberet et in pristinum eius statum vindicet, atque nos etiam ipsi venimus Dunamque 21 Septembris transmisisimus. Existimamus unumquemque vestrum, qui aut oppressi subito adventu et nec opinata vi Caroli, aut errore inducti sese cum illo coniunxistis, facti erratique sui paenitere. Nobis quidem ea res magnum dolorem attulit, quod provincia haec tanto labore, tanto sumptu divi Stephani Regis, decessoris nostri, tantoque sanguine Polono ac Lituano in tranquillum statum redacta, rursus in eas perturbationes a Carolo coniecta sit.

Non dubitamus, quin vestrum singulorum cuiusque animum ea cogitatio subeat, quemadmodum insigni aliquo facinore hoc erratum vestrum corrigatis atque compensetis, nobis et Reipublicae hac in parte operata, ut iniustus hic bellator alienorumque raptor et praedo provinciarum aut vivus in potestatem nostram<sup>a)</sup> vobis annitentibus redigatur, aut hoc ipso in loco patrati sui latrocinii et sceleris poenam monumento sepulchri sui posteris testatam relinquat, vel summum, ne illi ad naves, ne ad transmarinam fugam receptus pateat. Id vobis et sub ipsum proelium et aliis occasionibus praestare proclive erit. Haec pro clementia nostra erga vos significandum putavimus.

Intelligimus, quos labores in hac provincia liberanda stabiliendaque divus Stephanus Rex exantlavit. Quae omnia huc recidisse dolendum est. Quare saniora consilia secuti, redite ad nos, legitimum vestrum Principem, redite in societatem et communionem eorum, qui vobis, non sumptui suo, non sanguini pepercerunt et nunc id agunt, ne Sudermaniae servitutis iugo premamini, et quae fecistis, temporibus vos adductos fecisse<sup>b)</sup> ostendatis. Haec nostra vestri adhortatio non ea de causa suscepta est, quod minus certa sit spes nos victoria potituros esse, nam cum faciat nobiscum iustitia, nullum dubium est, quin nobiscum idem faciat parens amantissimus iustitiae, Deus. Habemus praeterea exercitum et robore et numero firmum. Habemus veteranum militem multis exercitatum bellis, quae sunt certa victoriae instrumenta, sed adhortamur, quod vestram vicem magnopere doleatis, quod si aliquod turbatori huic patriae vestrae iusiurandum dedistis. Id simile existimandum est ei iureiurando esse, quod viator latronibus ex latebris suis irruentibus et se vitae amictuque spoliantibus dare soleat. Nulla cum latronibus humano generi coniunctio est, sed est summa distractio. Itaque non est, quod existimetis ulla vos religione illi obstrictos esse. Quam mentem si susceperitis et ad nos redegeritis specimenque studii vestri erga nos et Rempublicam edideritis atque a tirano in fidem nostram confugeritis, non modo errati venia dabitur, sed etiam commodorum vestrorum ratio ducetur. Itaque id futurum verbo nostro regio spondemus ac promittimus. Datum ex castris.

*In margine superiore alia manu: Universal do Iflączikow.*

*Ibidem alia manu: Regis Poloniae litterae ad Livones.*

a) *in ms. in posterum nostrum*

b) *sequitur verbum expunctum.*

c) *verbum non legitur.*

N. 239.

*ex castris ad Kokenhausium, 27.IX.1601.*

*Ioannes Zamoyski*

*Carolo Sudermaniae duci*

*eum hortatur, ut ex terris regis Poloniae occupatis recedat.*

*(Exempl. Adest aliud exemplar f. 19-20)*

*A.M.F. F. 4294, f. 16 v. - 17.*

Universal pana Hetmana Coronnego.<sup>a)</sup>

Ioannes Zamoyski de Zamoscie, Regni Poloniae Supremus Cancellarius et exercituum Generalis Capitaneus, suo et Magnifici Domini Stanislai Zolkiewski, Castellani Leopoliensis et campestrium copiarum Praefecti, Praefectorum equitum, Centurionum ceterique exercitus Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae et Sueciae ex Regno Poloniae militum, tam stipendiariorum quam voluntariorum nomine, Carolo Sudermaniae Duci caeterisque eius sectae sociis et adiutoribus significamus:

Licet nullum nobis sit ratione<sup>b)</sup> alicuius aut ullius iuris vobiscum commercium, propterea quod gentium iura violastis, cum neque lacessiti neque ulla iniuria affecti, non indicto neque denunciato bello, contra Sacram Regiam Maiestatem et Regnum Poloniae Magnumque Ducatum Lithuaniae arma sustulistis, Livoniam provinciam, Polonorum Lithuano-

rumque longe multo sanguine partam et pacifice tot annorum spacio possessam, invasistis, lacerastis eamque, cum nihil hostile a vobis expectaretur, iniuria occupatis vobisque vindicatis, tamen scribendum ad vos putavimus, et gentium ius et perpetuam consuetudinem Reipublicae Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae secutos, quae iam inde ab initio apud maiores nostros talis fuit, ut neminem unquam iniusto bello lacesserent, illatum iniuste omni conatu viribusque propulsarent.

Quod cum ita sit, praesentibus litteris nostris denunciamus vobis nos<sup>c)</sup> ad hanc tantam iniuriam, cum tanto contemptu et contumelia Sacrae Regiae Maiestatis et nominis Poloni atque Lithuani coniunctam, cum exercitu venire persequendam, Optimo Maximo et iusti belli praesentissimo fautore Deo fretos. Quocirca si viri militares, non praedones neque fugitivi estis, si aequam vos habere causam ducitis, quam ob rem adeo insperatum bellum vel potius latrocinium conflastis, perque provinciam iuris Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae grassamini, vocamus vos ad manum conserendam. Expedite arma, in locum proelii adeste, aciem, non piratica latibula et diffugia ullamve fugam cogitate. Facessat fugae praesidium, ferro experiamini, Deus et iustitiae ratio vobiscumne an cum Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae exercitibus faciat. Sapientissimus idemque longe iustissimus iudex Deus litem hanc a vobis excitatam diiudicabit. Differt ille quidem poenam, sed, Carole, perfidia tua, impietas et parricidium tuum notum est omnibus. Tu patruus fratris filium, tu subditus Dominum tuum nefarie circumvenisti, tu vicinos, nulla accepta iniuria, laedis. Nos certe neque Sacrae Regiae Maiestati, Domino nostro clementissimo, neque Reipublicae patriae nostrae volumus dextris nostris deesse. Datum ex castris ad Cochonausum<sup>d)</sup> die 27<sup>e)</sup> Septembris anno 1601.

Ioannes Zamoiski, Regni Poloniae Cancellarius  
et Generalis<sup>f)</sup> Capitaneus.

a) *hic titulus Polonicus alia manu scriptus est; in alio exemplari legitur: Litterae clarigationis Illustrissimi Domini Domini Ioannis Zamoiski, Regni Poloniae Cancellarii et exercituum Generalis Ducis ad Carolum Sudermanniae Ducem.*

c) *verbum: nos in alio exemplari deest, in hoc supra lineam additum legitur.*

d) *in alio exemplari: Kokenhaustum*

e) *in alio exemplari: 23*

f) *in alio exemplari: Supremus*

b) *in hoc exemplari: rationis*

N. 240.

*Ex arce Albonensi, 20.I.1602.*

*Carolus dux [Sudermanniae]*

*Carolo filio et Iacobo de Garda*

*de Wolmaria capta et de pace cum Polonis desiderata.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4294, f. 21.*

Litterae Caroli, quibus Carolo filio et Iacobo de Garda ad litteras, quas dedita Wolmaria ad eum scripsere, respondet.

Carolus etc. salutem et benevolentiam nostram etc.

Generosi et Strenui, nobis dilecti.

Ex litteris vestris intelleximus vos obsidionem arcis et civitatis Wolmariensis per aliquot septimanas sustinuisse et tandem ob defectum

auxilliorum ad deditionem faciendam coactos esse. Quibus autem rationibus hoc factum quibusve necessitatibus eo adducti sitis, nedum nobis constat. Ideoque nec culpandos nec laudandos vos duximus, dum adhuc incerti sumus; si officia strenuorum militum, uti vos decuit, praestitistis omniaque extrema fortiter sustinuistis, laude quidem et commiseratione digni estis; si vero levitate et pusilanimitate deducti deditionem hosti fecistis, nebulones certe estis, et satius esset honesta morte vitam finisse, quam turpiter vivendo reliquum vitae tempus transigere.

De suppetiis vobis ferendis satis quidem a nobis perspectum est, antequam Revalia discessimus. Verum quid impedimenti interim obiectum sit Campiductori nostro Ioanni Nassovio Comiti, quominus mature eas suppetias tulerit, de eo rationem reddere ipsemet cogetur. Nec levitate quadam hoc negotium ab ipso neglectum esse arbitramur. Nos quidem, nisi ardua quaedam negocia huc in Formoniam nos abstraxissent, facili momento vobis succurrere potuissemus.

Quod praeterea ex sermonibus Suppremi <sup>2)</sup> Cancellarii Zamoiscii vos intellexisse scribitis ipsum a pacifica compositione non alienum esse, grato animo percepimus. Melius etiam fuisset Polonos nunquam bellum hoc incepisse Regemque suum inhibuisse, ne contra fidem datam, iuramentum ac promissiones deliquisset. Hac enim ratione sanguini multorum, qui modo profusus est, pepercissent. Nos quidem pacis media semper appetentes, nunquam bello huic ansam dedimus. Si Poloni nunc idem sentiunt, poterunt nos hac de re certiores facere et conditiones, quibus haec pacis tractatio debeat institui, proponere. Nos adamussim aequitati respondebimus, ut conscientia nobis libera sit, et si deinceps aliqua sanguinis profusio aliaque incommoda hinc oriantur (quo nihil certius expectandum est), nos coram Deo totoque terrarum orbe innocentiam nostram probare et attestari possimus.

Praeterea quae <sup>a)</sup> de arcibus quibusdam Polonis cedendis a vobis praescripta sunt, ea ex nutu et voto ipsorum scripta esse arbitramur, sed os illi obdurent potius, nam poma et pira dono offerri solita sunt eaque amicis, nunquam autem in hostium potestatem arces et civitates traditae. Quod porro a nobis petitis, ut liberationis vestrae rationem habeamus, contenti quidem sumus, si hosti ita placuerit, ut more militari generalis captivorum permutatio instituat, nullo excepto. Quibus de rebus vos certiores facere volentes, animi nostri sententiam aperuimus. Datum ex arce nostra Albonensi 20 Ianuarii 1602.

a) in ms. quas

z) sic in ms.

N. 240 bis.

[Ex arce Albonensi, 1602]

Carolus [dux Sudermantiae]

[Carolo filio et Iacobo de Garda]

de pecunia eis transmissa et de conditionibus liberationis Georgii Schenking.

(Exempl.)

A.M.F. F. 4294, f. 21 v.

Carolus. Etc.

Generosi et Strenui, nobis dilecti.

Georgio Schenking quadringentos taleros numerare mandavimus eaque

de causa ipse ad Georgium Ferenspach perscripsit, uti ex litteris hisce annexis intelligetis. Proinde quadringentos istos taleros in usus vestros erogandos vobis concedo. Datae etiam sunt litterae Schenkingo et caeteris captivis ad Suppreum Cancellarium, quas statim ad ipsius Cancellarii manus perferri curabitis, ut quam primum nostri captivi omnes, qui penes Polonos sunt, nullo excepto, in Hosiliam deducantur et pro ipsorum captivis redimantur. Petitis a nobis, ut praesidarii arcis Moian a nobis paena afficiantur, ob Polonos quosdam interfectos. Quod quidem non recusabimus, modo Poloni ex aequo nobis satisfaciant. Qua enim sevitia Radivilus contra datam fidem et existimationem suam, tum etiam contra litteras et sigillum suum erga praesidarios Kokenhausenses usus sit, toti mundo innotuit.

Ad pecunias vero pro redimendo Georgio Schenking numeratas quod attinet, ita respondemus raptu vivere raptumque restituere miseriam esse militum conditionem, et quod scriptum est semel (inquit Pilatus), scriptum manebit. Nihilominus si captivi nostri omnes et singuli, tam Livones quam Sueci, divites et egeni, quotcumque nobis inservierunt, liberi dimittentur, tum et ipse Georgius Schenking libertatem nostram experietur ac honestum itineris sui viaticum a nobis percipiet, quo comode ad suos redire possit. Verum et captivi nostri circa proxima Bachanalia, vel ad summum circa festum Paschatis, in Osiliam perducantur. Ita nos vicissim captivos omnes, qui hoc tempore nobiscum in Fimonia sunt, Haspal per glaciem deduci et reliquos, qui in Suecia sunt, proximo instante vere, navi deferri Gedanum curabimus et huic provisioni nostrae candide et syncere satisfaciemus, si mutuum Poloni praestiterint et captivos nostros loco et tempore destinato nobis sistent etc.

Georgium Schenking intellige Castellanum Vendensem et Episcopum Vendensem, Germanum, qui Derpati a Carolo captus est. Caeterum Carolus liberum mittere promiserat, si 5000-6000 talerorum sibi numeraret. Quod quidem Georgius missis in Poloniam ad suos litteris prestitit. At Carolus pecuniam accepit, promissis tamen stare noluit et huiusmodi excusatione, quam superius legisti, utitur, rursusque 400 taleros eidem in usus Caroli numerare imperat.

N. 241.

Stockolmiae, 11.II.1602.

*Carolus [dux Sudermaniae]*

*Ioanni Zamoyski*

*de sua ad pacem concludendam promptitudine; de captivorum commutatione.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4294, f. 21 v. - 22 r.*

Carolus ad Cancellarium Germanice.

Etsi deliberabamus, Ioannes Zamoyski, num scribendae nobis essent ad te litterae, quandoquidem sub tempus nostri a Riga discessus tu, praeter omnem nostram expectationem et quam de te tuaque summa prudentia, publica fama permoti, concepimus spem ac opinionem, leviter admodum, imprudenter et falso etiam, ut in responso prolixè respondimus nostro, ad nos, Rege patre natos, scripseris, tamen certiores facti binis

Caroli et Iacobi Ponthi, quos Wolmariae praefeceramus, litteris, suo, ut arbitramur, scitu permissuque ex carceribus, in quibus detinentur, scriptis, te non esse alienum a dissidiis inter Poloniae et Sueciae Regna amice componendis. Animi vicissim nostri eam tibi significandam existimavimus voluntatem, nos rectae nostrae conscientiae Deo totique orbi terrarum testificandae gratia pacis conditiones, si modo iustae, aequae et cum Regis totiusque Reipublicae vestrae consensu a te propositae fuerint, nullo modo repudiatorios. Ad eam igitur pacem, cui violandae nulla per nos occasio data est, nobiscum tractandam quae a Rege et ordinibus mandata quidque ipse animi habueris, certiores abs te fieri cupimus, ut de tempore ac loco, in quem utriusque Regni commissarii statuendarum conditionum causa convenire debeant, statim prius inter nos decernere possemus.

De captivorum quoque commutatione singillatim ac universim, nullo personarum habito delectu, illam vellis faciendam, tuam expectamus sententiam, persuasum illud de te, rerum bellicarum fama clarissimo, habentes nostros istic bene a te tuisque tractari, cum et vestri nostram integram etiam benevolentiam abunde hic experiantur. Quorum eos, qui in Finonia sunt, si commutatio ista tibi cordi fuerit, Oziliam, quo nostri etiam vobis erunt sistendi, eos vero, qui Stocholmii haerent, Gedanum prima occasione, non sine ulla fraude ac dolo remissuros bona ducalique fide nostra spondemus ac promittimus.

Hisce igitur de rebus omnibus nos quam primum, sive per litteras, vel quocumque volueris modo, facias certiores. Interim vero ad omnes tuas bellicas, prout res animique tui iudicium feret, intentus sis occasiones. Neque etenim et nos vel nostri defendi<sup>2)</sup> tuisque viribus resistendi occasionem ullam praetermissuri, vel necessitati, qua ad par pari reddendum impellimur, defuturi unquam sumus. Datum Stocholmiae 11 Februarii 1602.

N. 242.

s.l., s.d. III.[1602].

*Ioannes comes de Nassow*

*Ioanni Zamoyiski*

*nomine Caroli ducis Sudermaniae ad litteras de pace respondet.*

*(Exempl.)*

*A.M.F. F. 4294, f. 22.*

Nassovius ad Cancellarium.

Illustris Domine Zamoyiski.

Pro temporum statu tibi salutem precor. Litteras eas, quas Dominus Carolus Caroli ad Serenissimum Principem meum, Ducem Carolum, scripsit, ipsius Celsitudine absente resignavi et ex iis intellexi te in votis habere, ut pacis inter haec duo Regna conciliandae consilia ineantur. Quandoquidem igitur nec pacis consilia a me aliena sunt, et optarem, ut concordia inter haec duo Regna restauretur, si tibi cordi est, ut paci studeatur, non recuso Serenissimi Principis mei nomine tecum inducias pacisci. Etiam poterunt interea pactis induciis ambo Principes mutuis scriptis vel missis legatis tractationem aliquam suscipere et tentare hoc

modo, an concordia inter haec duo Regna coalescere possit. Quod te latere nolim. Vale. Datae mensis Martii, die, etc.

Ioannes Comes de Nassow Cathelbogensis, Viandensis  
et Dicti Baro in Beilstein, Serenissimi Ducis Caroli  
et Regni Sueciae Suppremus Belli Dux in Livonia.

N. 243.

s.l., 17.IV.1602.

*Ioannes comes de Nassow  
Ioanni Zamoyski  
responsum ad litteras praecedentes expostulat (cf. N. praecedentem).  
(Exempl.)  
A.M.F. F. 4294, f. 22 v.*

Idem ad eundem.

Illustris Domine Zamoiski.

Pro temporum statusque ratione tibi salutem precor. Quod litteras Domini Caroli ad Serenissimum meum Principem, Ducem Carolum, datas reseraverim, proxime elapso mense te feci certiorum. Et quamvis responsum a te expectassem, nullum tamen in hanc usque diem accepi. Sed litteras meas in vestrorum militum manus incidisse et surreptas fuisse existimo. Ut igitur cognitum quid tibi significaverim haberes, epistolam hanc ad te transmittere volui. Si itaque adhuc in ea perseveras sententia, ut duo Regna, quod ipsum te exoptare intelligo, concilientur facesque et incendia consopiantur, tuum mihi potes explanare animum. Et quidem, cuius consilia semper fuere pacis, inducias tecum inire non recuso, utque saluti duorum Regnorum consulatur et concordia inter ea servetur atque firmetur, necnon sanguini innocentium, qui ex utraque parte non tantum trucidantur, verum etiam fame quotidie, quod dolendum, miserime perire coguntur, parcat, magis suadeo. Datae 17 die Aprilis 1602.

Ioannes Comes de Nassow Cathelbogensis, Viandensis  
et Dicti Baro in Belstein, Serenissimi Ducis Caroli  
et Regni Sueciae Suppremus Belli Dux in Livonia.

N. 244.

*Meysza circa Felinum, 30.IV.1602.*

*Ioannes Zamoyski  
Carolo [Sudermaniae duci]  
ad litteras respondet.  
(Exempl.)  
A.M.F. F. 4294, f. 23.*

Cancellarius Carolo respondet.

Accepi tuas litteras, quibus significas te inicio deliberasse, an tibi esset ad me scribendum, propterea quod te laesum a me existimas litte-

ris, quas ad te per tubicinem, cum ad Rigam essetis, misi. Scribis, sed a loco, te a tractatione pacis inter Regna Poloniae et Sueciae animum habere non abhorrente. Postremo adiungis de liberatione mutua captivorum.

Quod attinet ad meas litteras, scripsi more et instituto maiorum meorum, qui hostibus suis, quibuscum bella ab ipsis laesi gererent, arma contra ipsos iure sumpta semper clare et aperte denunciarent. Cuius rei exemplum in hac ipsa Livoniae provincia reperitur, cum ad certamen armorum ventum esset. Et quicumque hactenus militaria imperia in Republica nostra administrarunt, hac sunt perpetua consuetudine usi, ad quam mihi quidem ipsi discedendum<sup>2)</sup> fuit. Scripsi igitur ad te, ut ad hostem. Scribis te iis litteris respondisse nullas tuas litteras; ac ne tubicinem quidem etiamnum vidi, neque quale id responsum fuerit, scio. Simulac<sup>3)</sup> quale fuerit cognovero, si quid honestati meae adversabitur in eo, talem me tibi praestabo, qualem aequissimum est esse eum, qui et quae ad honorem suum pertinent norit et vel profusione vitae tueri certum habeat.

Regis filium te scribis, nec ego nego. Addo etiam fratrem et patruum regium, et sanguinem tuum cum Regis mei sanguine communem magni facio. Velis et tu palam testatum orbi facere eundem tibi charum esse. At vero noli nobilem Polonum, vetusto genere atque in libera Republica natum et in ea praecipuis magistratibus ornatum, contemnere. Ab eo ego me contemptu vel senili mea dextra instituto militari vindicarem. Neque tu existimare debes nobilitatem Polonam, ad modum nobilium aliarum nonnullarum provinciarum, in quibus servitatem serviunt, ubi pro<sup>b)</sup> libitu ad necem trahuntur, in vincula rapiuntur, bonis mulctantur a Regibus et Senatu, causa inaudita. Sunt quaedam antiquae gentes nobilium Polonorum, tot seculorum intervallis iam inde a paganismo in familias ac styrces<sup>2)</sup> complures deductae, et ideo quidem<sup>c)</sup> tenuiores. Campus tamen potestatis exercendae omnibus patet, et virtuti praemia a maioribus proposita sunt, ut non aegre quivis dignus ad opes perveniat. In bonis quisque suis subditorum suorum Polono iure est dominus. Sunt vero et tales etiam, qui et oppidorum et pagorum numero et latitudine finium, et ubertate agrorum et magnitudine fructuum Ducibus multis externis non cedunt.

Quamquam ego magnitudinem et claritatem virtute, non pecuniis et agris metior, nobilium Polonorum et Reges et Principes etiam externi affinitatem expetivere atque cum iis vixere. Ita ut tu me habebis, ita ego etiam tibi respondebo. Humanitate me vinci, salva fide erga Regem et Rempublicam, non patiar. Nihil, quod ad honorem meum spectat, omittam.

Dico igitur te Rempublicam nostram iniuria affecisse. Dico Regem nostrum Regno patrio carere, te illo, cum eius patruus sis, potiri. Venio ad ea, quae ad tractandum de pace spectant. Scribis aestimare te, quae de tractatione pacis Carolus filius et Iacobus de Garda tibi scripserunt, me sciente, cum in potestate mea essent, scripsisse. Equidem non is sum, qui negem optatam mihi esse inter omnes Principes christiani nominis, ac maxime tam arcta sanguinis coniunctione, pacem. Itaque fateor, cum quidam familiae vestrae addictus et obstrictus mentionem pacis fecisset doluissetque, quod familia vestra tum se ipsa ad hunc modum oppugnavit, cum vel maxime florere posset, tanta vestri generis gloria Regno Poloniae amplissimo ac nobilissimo ad fratris tui filium liberis suffragiis ante alios tot tantosque competitores devoluto, cumque hoc libenter Carolum filium audivisse ad me delatum esset, fateor, inquam, me illum non prohibuisse, sed et hortari iussisse, ut hoc etiam suis litteris complecteretur,

quod placere tibi scribis. Qua de re ad Sacram Regiam Maiestatem per dispositos equos retuli. Non homo, sed bellum<sup>2)</sup> essem, si pacem, cum dignitate Sacrae Regiae Maiestatis et Reipublicae ac aequitate coniunctam, reicerem.

Si clarius his de rebus ad me scripsisses, quomodo Regiae Maiestati et Reipublicae satisfaceris,<sup>1)</sup> quid de regia voluntate sperarem, facilius tibi perscribere potuissem. Quicquid tamen eius Maiestas rescribat, quamprimum scies. Humanum est primo illo animorum motu digredi, prudentius vero et ingenii impetum sustinere et in viam redire. Magnam ingenii laudem omnes tibi, quibus spectata est vitae tuae consuetudo, tribuunt. Nihil autem ad coniunctionem cum propinquis et cum alienis tuendam praestantius, quam suis se finibus tenere, alienum non appetere, suum cuique tribuere, laesis satisfacere. Gravitas et amplitudo regiae vestrae familiae a te hoc postulat, tuae vero styripis liberorum tam paucorum salus hoc uno continetur, ut in concordiae portum ex hisce procellis reditum tibi quaeras. Sed quorsum progredior? Non est meum de his tibi consulere, utere tu ipse tuo consilio.

Nunc de captivis. Hi quomodo sint liberandi, arbitror te intellexisse ex Carolo filio et Iacobo de Garda, si qua conditione incolumes conservati sunt, tibi perscripserunt. Existimo enim perscripsisse. Tractantur enim et habentur bene. Nihil minus naturae meae consentaneum est, quam in eos, qui in potestatem meam venerunt, sevirere, nisi qui sunt ob crudelitatem misericordia indigni.

Svetici et Finnici generis militibus, qui in arcium praesidiis fuerunt, quam humanitatem declaraverim, existimo te ex ipsis concepisse, quos incolumes a me dimissos, neque ulla notatos ignominia, non dubito ad te pervenisse. Nec solum ex arcibus, sed et aliis diversis locis captos dimisi. Refero ad Sacram Regiam Maiestatem de loco et tempore liberationis utrorumque. Ex parte regia enim Polonorum, Lituavorum et Livonum, qui fidem Regiae Maiestati et Reipublicae servaverunt, status secularis ac spiritualis, mulierumque ac puerorum. Ex parte tua Caroli filii, Iacobi de Garda et omnium, qui erant, Svecorum, Finorum et Livonum tuorum ea est causa, ut non solum captivitate, sed perduellionis crimine obstricti sint. Ad tractationem igitur pacis, ut ab initio filio Carolo declaravi, differenda.

Si deinceps velis scribere, velim Latine scribas: facilius et melius animi tui sensum intelligam et plenius tibi rescribam. Qua lingua ad me scripsisti, est mihi ignota. Latina utrique nostrum, ut opinor, cognita. Interea, dum haec inter nos aguntur, ego non cessabo, sed quicquid in rem Serenissimi Regis mei et Reipublicae Poloniae futurum estimabo, agam. Hoc tibi claresco. Datum in Meysza circa Felinum 30 Aprilis anno 1602.

Ioannes Zamojski Regni Poloniae Cancellarius  
et Generalis exercituum Capitaneus.

Schedula in iisdem litteris.

Scribo ad te singulari numero te compellendo pro Latinae linguae consuetudine, qua Imperatores etiam ac magistratus ita compellantur. Nec ego Latine a te aliter compelli cupio. Germanicum Du nobilibus Polonis et Senatoribus ac magistratibus non convenit; inferiori hominum ordini illud relinquant. Tuae litterae ad me perlatae sunt 20 Aprilis anni currentis.

a) in ms. Simula

b) in ms. quo libitu

c) in ms. quidam

z) sic in ms.

*Ioannes Zamoyski*  
*comiti de Nassow (Nassau)*  
*de induciis cum Carolo [Sudermaniae] duce ineundis.*  
 (Exempl.)

A.M.F. F. 4294, f. 23 v.-24 r.

Cancellarius ad Nassovium.

Illustris Domine Comes.

Vellem Sacrae Regiae Maiestatis et Reipublicae causam mihi permittere, ut possem dicere me tibi optare ex animo salutem. Hoc tamen est potestatis tuae, ut animum inducas eis satisfacere laesis, qui te nulla unquam iniuria laeserunt. Paci te studere minime reprehendo, ac ne possum quidem. Quis enim omnino est, qui non vel maxime cupiat christianos Principes inter se non solum pacatos, verum etiam concordēs esse? Carolus filius Volmariae captus, cum pacis se esse studiosum coram iis, quos a me sibi adiunctos habebat, ostendisset, quid aliud potui illi significare quam nec me quidem ipsum a pace, cum Sacrae Regiae Maiestatis et Reipublicae dignitate coniuncta, abhorrere. Ducis quidem Caroli non ita pridem accepi litteras, quibus suam propensionem pacis tractandae significat. Eis respondi litterasque illi ipsi tabellario dedi, qui Uberpali ad me missus venerat, quem existimo Uberpalim pervenisse ac inde Revaliam litteras missas esse.

Quod attinet ad inducias, ut scribis, faciendas, commodior et facilior earum tractatio erit per prudentes et fidos utrinque missos viros. Mitto meum tubicinem una cum toto, ut si tibi haec ratio probabitur, eum ad me quamprimum remittas. Ego etiam mittam ad te meum cum responso ad ea, quae mihi nunciabis. Cum tuus ad me veniet, consistat loco oportuno et me de adventu suo certiozem faciat. Idem faciet meus, cum ad primam possessionis nunc vestrae arcem perveniet, ut praefectum arcis de adventu suo reddat certiozem, ut illum excipiat et ad te tuto deducendum curet. Rescribe mihi, si vis, sine mora, an facultatem habeas, quam puto a Duce Carolo, inducias paciscendi et quibus conditionibus. Datum ex Moza<sup>2)</sup> ad Felinum.

2) sic in ms.

*Ignotus [Ioannes Zamoyski]*  
*ad rei memoriam*  
*relatio de bello Polonorum a generali exercituum capitaneo (eodem*  
*Zamoyski) in Moldavia et Valachia contra Michaelem palatinum gesto.*  
 (Versio e lingua Polona)  
 A.M.F. F. 4294, f. 25-27.

Relation vera et reale del successo della guerra tra Pollachi et Michaele nella Moldavia et Valachia, tradotta dal Polaccho, in che fu scritta dalla persona principale, in lingua Italiana.

Nel tempo che l'esercito del Serenissimo Re di Pollonia entrò in Moldavia, l'esercito del Michaelae, che vi si trovava con li suoi Capitani per nome Udram, Baba Novak, Murza Delemarck, in fretta si ritirarono in Transilvania. Et perché medesimo Michaelae si trovava in Transilvania, volendo il Signor Generale di Pollonia andar con l'esercito di Sua Maestà a trovarlo, mandò avanti per via di Bistczizza il Signor Jacobo Potoczky con certo numero di gente Pollacca et con quelli Ungari, li quali per discontentezza si partirono dal Michaelae, accioché occupassero et guardassero il passo dei monti per assicurar l'entrata dell'esercito di Sua Maestà nel paese. Doppo i quali il Signor Generale marciava pianamente con l'esercito verso la Transilvania. In tanto venne nuova al Signor Generale che li Transilvani, havendo scoperto il disegno del Michaelae d'estirpar tutta la nobiltà di Transilvania, si sollevarono contra di lui. Ma havendo egli all'ora poca gente, domandò l'aiuto al Giorggio<sup>2)</sup> Basta, li qual s'accostò più presto alli Transilvani.

Et non potendo giugner così presto la gente del Michaelae, nè di Valachia, nè di Moldavia, nè manco arrivar per tempo li Siculi, quali favorivano sempre grandemente le cose del Michaelae, et finalmente di quella gente che gl'era appresso solamente i Pollachi che haveva al suo soldo si sono azzuffati col nemico. Il resto della sua gente l'ha abbandonato. Là onde essendo così messo in rotta sopra il fiume Maros, si ritirò a Fogaras dove haveva deposto le sue robe. Le quali havendo spedito in altro luogo, lui stesso venne a Brassowa, ivi ricuperò le forze, parte di quell'esercito che s'era ritirato di Moldavia, parte di quello che'l suo figliolo ha condotto in suo aiuto di Valachia. Gli Siculi medesimamente lo favorivano. Vedendo li Transilvani queste sue nuove forze, non volsero tentar più l'impresa contra di lui, ma cominciarono a trattar l'accordo fra di loro.

In questo mezzo è stato avvisato Michaelae dell'entrata dell'esercito di Sua Maestà in Transilvania. Et dubitando che non gli venisse addosso in quelle montagne, si trasferì in Valacchia. Il Signor Generale, doppo la spedition del Signore Potoczky, con il consiglio di quelli Senatori del Regno che si trovavano nel campo ha voltato l'esercito verso Valachia, accioché le montagne di Transilvania più comodamente si passassero per via di Borowa, che è più larga, et per metter sempre l'esercito di Sua Maestà in fronte al nemico. Per questa medesima strada venne Michaelae di Transilvania in Valachia. Essendo dunque avvertito che l'esercito di Sua Maestà li veniva contra, spedì un suo Capitano per nome Baba Novak verso Borowa per buscar qualchun dei nostri.

L'esercito di Sua Maestà partendosi di Borowa si voltò verso Ploest, ma nel marciar dell'esercito dal primo alloggiamento di Borowa detto Baba Novak si è imboscato presso una villa, chiamata Naiemie, con una parte della sua gente in una valle stretta, per dove l'esercito nostro haveva da passare. Et Michaelae stesso essendosi accampato dietro una montagna in altre parte,<sup>2)</sup> ordinò il suo esercito su quella montagna, volendo assaltar da duoi luoghi l'esercito di Sua Maestà. Essendo avvertiti gli nostri di tutto questo, alcuni nobili d'importanza con grand'animo corsero in persona insieme con alcuni soldati et Cosacchi alla volta di quel passo stretto et ributtorno l'inimico con morte di molti di loro. Ben vero che quelli Signori si missero a tal impresa pericolosa senza haver hauto licentia dal Signor Generale. Ma poiché il Signore Iddio ha prosperato et comprovato tal risigo loro, il Signor Generale non volse biasmarlo.

Poi verso quella montagna, dove s'era posto il nemico, sono saliti prima gli Cosacchi, poi, aiutati dalli altri, ne scacciarono il nemico, seguitandolo fin all'alloggiamento di Michaelè. Et perché sopraggiunse la notte, alloggiò l'esercito sotto detta montagna presso la villa Sechetin. Il giorno seguente Michaelè ordinò il suo esercito dietro certi fossacci et sbalzi, fatti dall'acque cascanti per la primavera dalle montagne, occupando pur la strada che haveva da fare l'esercito di Sua Maestà. Ma presto fu ancora di qui smosso. Et perciò trattenendo l'esercito di Sua Maestà con continue scaramucce, si ritirava con l'esercito fin alle montagne grandi, alla radice de quali tra certe vigne dietro un fosso si fermò presso la villa Cepturi. Verso il suo campo ha fatto sparar il Signor Generale alcuni pezzi d'artegliaria non senza danno del nimico. Et essendo la notte vicina, il Signor Generale in quel medesimo luogo fece alloggiar l'esercito, ma Michaelè, discostatosi in poco da quel luogo, riposò quella notte.

Il giorno seguente si ritirava in fretta dentro in quelle montagne. Et perché tre continui giorni l'esercito di Sua Maestà pativa il mancamento dell'acque, atteso che questa provincia, essendo nel resto amena, abbondante et vaga, ha questo mancamento d'acque. Perciò il Signor Generale menò l'esercito per la campagna verso una fiumara detta Cricova. Quivi stette tutto un giorno, sì per riposar come per provedersi delle vettovaglie, havendo il Signor Generale intenzione d'andar verso Ploest, donde secondo l'avviso hautò dal nemico mettesse o a seguirarlo, nelle montagne o voltarsi a Targovest, capo di questa provincia. Essendo già in cammino l'esercito di Sua Maestà verso Ploest, il Signor Generale fu informato che il nimico havendo aggirato le montagne s'era accampato una lega solamente lontano dall'esercito di Sua Maestà, in un sito di natura forte, dov'era solito ritirarsi dalle forze de Turchi et Tartari, et non solamente si difendeva da loro per beneficio di quel luogo, ma gli danneggiava notabilmente. Pensava che con quella asperità del sito et con l'arti usate già da lui contra gl'infideli, doveva mantenersi ancora contra l'esercito di Sua Maestà.

